BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
18 H
9 /1

ILLVMINATI SACRE PROFESSORIS CAROLI BOVILLI SAmarobrini, de Raptu Diui Pauli.

EIVSDEM DE PROPHETICA VISIOne de Voto, libero Arbitrio, ac differentia Orationis, quod cum legeris adhuc legere percupies non minus ob ſententiam, quàm propter elegantiam.

Lege dein iudica.

ex Libris D. D. Bradel



Bibliotheca Caroli de ...

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

Apud Bartholomæum Macæum, in monte D. Hilarij, ſub ſcuto Britanniæ.

M. D. LXXXIX.

Libri de raptu diui Pauli, Capita.

FAmiliaris collocutio ad amicum. Cap.I.
De diſtinctione cælorum. Cap.II.
Varius cælorum ordo. Cap.III.
Quo pacto Abrahã vidit diẽ domini.C. IIII.
Nullã nõ viſibilẽ ſtellã vniuerſa terra eſſe maiorem. Cap.V.
An idẽ ſit tertiũ cælũ,& paradiſus. Cap.VI.
Quo pacto intelligendũ ſit illud, Nõ videbit me homo,& viuet. Cap.VII.
De Philiſtæis quanta paſſi ſunt quia arcã dei viderunt. Cap.VIII.
De Gedeone & Manue Sãpſonis patre.C.IX.
Exẽpla ab hiſtorijs gentilium. Cap.X.
De cæleſtis ignis lapſu in Pẽtapolim. Ca.XI.
Deum per incarnationem ſuam & viſibilem & palpabilem effectũ. Cap.XII.
De modo raptus beati Pauli. Cap.XIII.
De abſtractione animarũ ſanctarũ in deũ, licet in carne adhuc degentiũ.Cap.XIIII.
De regreſſu ſanctarũ animarũ ab abſtractione diuina in carnẽ. Cap.XV.
Animã per diuinã abſtractionẽ eſſe vt in toto totã mũdo,ita rurſum totã in qualibet parte mundi. Cap.XVI.
Raptũ animi eſſe interdũ adapertionẽ & clarificationẽ interioris oculi. Cap.XVII.
In viſu,vti in ſenſuum honeſtiſſimo,nõ abs re rationẽ prophetiæ deſcribi. Cap.XVIII.
Oculis prophetarum nihil obſcurum fuiſſe. Caput XIX.

Dilutio obiectionis ad raptum diui Pauli. Caput xx.
Oculos Prophetarum nitidiores extitiſſe oculis mundialium ſapientium. Cap. xxi.
Quale ſit officium publicæ viſionis, & quot illius impedimenta. Cap. xxii.
De raptu Heliæ a deo in curru igneo. Caput xxiii.
De Heliſeo qui ſuſcitauit filium mulieris Sunamitidis. Cap. xxiiii.
Opinio Magorũ de cogitationibus hominũ. Caput xxv.
Dæmonibus notas eſſe hominum cogitationes, eas duntaxat quas ipſi immiſerint in mentem. Cap. xxvi.
Rurſum de Abraham, quo pacto exultauit vt videret diem domini. Cap. xxvii.
An raptꝰ fiat, vel ſpiritu reuera in corpore manente, vel eo reuera a corpore ſegregato. Caput xxviii.
Diuinæ ſcientiæ excellentiam iure a ſummis Theologis ignorantiã dici. Cap. xxix.
Interim ſanctos modũ & qualitatẽ ſuæ in deũ extollentiæ ignorare. Cap. xxx.
Sanctos in raptu ſuo duplici interdum motu agi. Cap. xxxi.
In veteres Hebræorũ iudices ſpiritum dei ſæpenumero irruiſſe. Cap. xxxii.
Lapſum diuini ſpiritꝰ in animã eſſe, & ipſius animæ in deũ extollentiã. Cap. xxxiii.

FINIS.

PRoœmium.
Excuſatio cum interrogationibus amici,& reſponſis earum. Cap.I.
Cur Micheas moraſthites non primo ſecundum veritatem ſuæ viſionis reſponſa regi Achab dedit, ſed primū iuxta prophetas Baal reſpondit. Cap.II.
Diſcuſſio viſionis Micheæ prophetæ, in quo illius oculo hęc ſederit,& obtigerit illi. Caput III.
Viſionem protomartyris Stephani ſuperpropheticam fuiſſe, id eſt prophetica viſione celſiorem. Cap. IIII.
Viſiones Domini Ieſu in terris etiā ante paſſionem ſuam longe ſuper propheticas extitiſſe,ob duas cauſas. Cap.V.
In hoc tantum ſeculo differentiam viſionū faciundam:in futuro nullam. Cap.VI.
Cur a ſcriptura dictum eſt Moyſen vidiſſe dominum facie ad faciem:cum tamen illi dictum ſit a deo: Non videbit me homo, & viuet. Cap. VII.
De viſionibus Danielis:tribuſque modis elici in pectora hominū ſpiritū dei. Ca.VIII.
Aliquando etiam,ſed minus ſæpe, ex ratione prophetici generis ſpiritum dei in hominibus ſedere. Cap. IX.
Spiritum dei ſanctū ſpirare vbi vult,nec hunc acceptione perſonarū illigari: & nec vllū

deſpicere ſexũ,nec genus,nec gẽtẽ.Ca.X.
De Balaam gentili propheta,cur de ſeipſo di-xerit·Qui cadẽs,apertos habet oculos:qui cadit,& ſic aperiuntur oculi eius.Ca.X I.
De Magis qui ad dominum Ieſum in Beth-leem natum ſtella duce adorandum vene-runt. Cap. X I I.
Quando in populo dei orta ſit prophetia, & quando in eo deſierit. Cap. X I I I.
Inter Ioſeph Patriarcham & Moyſen ſpiritũ prophetiæ diu obticuiſſe. Cap. X I I I I.
Quando primum de nomine prophetæ facta ſit mentio ſub Gedeone iudice.Cap.X V.
De Ioanne præcurſore, & Chriſto apice pro-phetiæ. Cap. X V I.
Dubietas in viſione protomartyris Stephani qua vidit cælos apertos:an ſcilicet id fue-rit per aliquam viſibilem & materialẽ cœ-lorum ſciſſuram. Cap. X V I I.
Viſibilem cælorum adapertionem haud eſſe materialem aliquam cæli ſciſſuram, aut dehiſcentiam, ſed inſignẽ in ſanctis viris oculorum clarificationem inſtar vẽturi ſe-culi. Cap. X V I I I.
Recẽſentur ſimilitudines diuerſorum mariũ, qb⁹ ꝓpoſitũ euidẽtius liqueat. Ca.X I X.
Beatũ Stephanũ prophetico & expiato ocu-lo vidiſſe cælos apertos eo modo quo do-minus Ieſus clauſo cœnaculi oſtio diſci-pulos ſuos intus vidit, & introiuit ad eos. Caput X X.

Dominũ Ieſum cum a Iudæis in horto caperetur, vidiſſe circũ ſe paratam angelorum militia, auxilio, ſi indiguiſſet, & pati noluiſſet, adfuturam: quam tamen nec eius diſcipuli nec Iudæi cernere poterant. Caput XXI.

De alia viſione Heliſei qua obſeſſus ipſe cum rege Ioram in Samaria, cæleſtem exercitũ vidit paratum ſequenti nocte obſeſſis præſidium afferre. Cap. XXII.

De Apollonio Tyaneo, & Iarcha Indorũ Sapientum ſeu Gymnoſophiſtarum principe, qui & expiatiſſimis oculis fuere, & vaticinandi gratia claruere. Cap. XXIII.

FINIS.

FAMILIARIS COLLOCVTIO AD AMICVM.

Capvt I.

Literas mi Innocenti tuas quæ idibus Ianuarij abs te exierunt, ſexto Martij nonas accepi. Et vt impigrum erga amicos quenque eſſe decet: mox in craſtinum diem, ſi forte non ſat illis ex voto ſaltem tuo feci, attamen vtcumque reſpondi. Subinde, vbi nonæ Martij illuxerunt, mihi è templo domum reuerſo aliærurſum literæ tuæ in abbaco præſto adfuerunt, cum literis Ioannis Franci, tui paſtoris. Euolui primum eas quidem quas ſupremi tituli belle notus character docuit eſſe tuas: quæ confeſtim id mœſtitudinis mihi ademerunt, quicquid priores pepererant. Nam cognoui ex eis, literas meas, quas ſuperior menſis & ad te & ad Francum extorſerat à me, opera tandem Ioãnis Lagreni ſuo portui applicuiſſe, & iam non me debitorem, aut obæratum poſſe coargui: qui impigra & expedita manu vtrique veſtrum iuſta ac debita perſolui. Venio iam, vt breuior ſim, ad poſtulata poſtremæ epiſtolæ tuæ. Rogas, quod demiror, quædam profecto humano ſenſu, ſaltem meo, altiora, & quorũ medullam, ſacræve theoriç libationẽ vix è theo-

logicorũ oſſium confractione ſperare quis ſibi auſit. Quanto minus ex me,(cuius torcular ipſa pene vetuſtate ſemeſum, nil iam recentiũ premit vuarũ, nil muſti diuina ſitientibus deſpumat) cõfidere debueris, id tibi, quod petis, cæleſtis ambroſiæ eliquãdum? Eliciam tamen è paſſis vtcunq; vuis nonnihil tibi liquoris, vt refrigerem ſitim tuam.

DE DISTINCTIONE CAELORVM. CAPVT II.

PEtis de raptu D. Pauli in tertiũ vſque cælum, & an idem ſit rapi in tertiũ cælum, & in paradiſum. Dicã igitur id cũ primis, quod plena eiuſmodi lactis me docuere philoſophiæ vbera: qm̃ diſtincta quidẽ eſt cęlorũ ab authore Deo miræ pulchritudinis ſeries: quorũ numerus ſoli exacte & adamuſſim notus diuinæ mẽti, caligãtes ad id ſcrutinii hominũ ſenſus latet. Hic tamen, quẽ veſtigas, cælorũ numerus conditus à Deo, vt vult Pythagoras, in læta, ſed inaudibili harmonia, diu olim, & hactenus inter homines altercationem mouit non minimã, quorundã quidem à cubo diadis, id eſt ab octonarij propagine, octo tantũ cælos ponentium: aliorum, à triadis quadratura, id eſt à Platonica enneade, conſcribentium nouem: rurſus aliorum, qui a myſticæ decadis corona (quam Pythagoras non iniuria ſummam quãdam & anacęphaleoſim nu-

merorum dixit)eos metientes,denario eos di∗ſtingui malint. Nunc vero quorundam etiam Theologorum,qui per ſacram & apoſtolicam duodenarij numeri anagogē triplicent in cæ∗lis ſenſibilium elemētorum ordinē : vt qui vel augurentur,vel ſua forte ratione ſuaſi,ſuppu∗tationē & diſcemiculū cælorum iuxta ter au∗ctam tetradē faciendam decernant.Hi etenim ſupra philoſophorum ſcalā iuſta decade ſe co∗hibenten ſcandētes,dum duos , cryſtallinū, & empyreum cælū decimę lationi circūponunt, non forte perperā, omnem cælorū ſe circūple∗ctentium encycliā duodecim ſcabellis,quibus ab iſtis elemētis ad myſticū dei ſolium eatur, explent:& in poſtremi cæli claritudine,cui ab igne nomen dedere, nullam prorſus reponunt ſtrophadē,nullā locant infatigabiliū axium e∗uolutionē:vt quod quidē diuinā appellant ſeſ∗ſionē,diuinęq; beatitudinis immotā requiem. Narro iſtic obiter ſenſa aliorum : nil ex meo ſenſu ipſe definio:ſed fige palum iudicij tui in qua opinione libuerit.

VARIVS CAELORVM OR∗DO. CAPVT III.

ET quia cælorum varius ordinis limes , nunc ſcanſione ab homi∗nibus ad deum pergit , nūc vero deſcenſu a deo in ima ſe reflectit: hinc tertium,de quo rogas , cælū, aut a lunari globo in altū ſcādēdo, velut à no∗ſtro littore progreſſis ſe offert numerandū: aut

ab empyreo, vel certe à decimo mobili, ve-
lut deſcendentibus a deo ſupputãdum venit.
Si ergo à Luna ſurſum ſcãdimus ipſi, tertium
cælum erit Veneris, ſphęræ Solis attiguum. Si
vero à diurna decimi mobilis latione, inferio-
res omnes cælos ſecum rapiente, labatur quis
in ima, tertiũ cælũ erit hic præfulgidus orbis,
quem, vtpote erronibus eminentiorem, à ca-
rentia, & nulla inhæſione planetæ, aſtrologi a-
planem dicunt, id eſt ſtellatum cælum, ſtella-
rum multitudine coruſcum, humani oculi, vt
philoſophi volunt, limitẽ, noſtræq́ totius vi-
ſionis horizontẽ. Etenim ſupra cælũ ſtellatum
quãq̃ lucida & tranſparentia non deſunt cor-
pora, quia tamẽ in eis nulla deinceps eſt vel in
monade vel in numero inſignis collectio ſpar-
ſæ lucis, quæ aliquod ſenſibile ſignũ à ſuo di-
ſtinctũ cælo conflet, vti vel planetã in ſuo cæ-
lo ſolitarium, & vagum, vel fixam ſtellam, in-
ſupputabili multitudine in firmamẽto reful-
gentem, & quæ ideo corporeorum oculorum
aciem candidioribus radijs in ſui admiratio-
nem trahat: ideo nequaquã doctis inoleuit vi-
ris, vt ſupra ſyderei ambitũ cæli, noſtræ viſio-
nis vim radioſve prorogare ſoleãt: vt qui illos
ſiſtant in circũferentia firmamenti. Quod ſi
ab empyreo exordietur quis cęleſtium ſuppu-
tationem lationum, dic decimum mobile, ter-
tium ordine cęlũ fore. Vides igitur, ex his non
vnam, ſed variã tribui poſſe ſpiritui Pauli ſe-
dem, tum rapti inuiſibiliter ab humanis per

exceſſum mētis ad deū. Aut enim in cælo Veneris,aut in firmamēto, aut in decimi mobilis orbe ſpiritus Pauli,tranſgreſſus huius mœnia mūdi,tunc ſtetit,cū ea dei arcana audiuit,quæ humano afflatu & eloquio promi phas nō eſt.

QVO PACTO ABRAHAM VIDIT DOMINI DIEM. CAP. IIII.

Porro de poſſibilitate raptus eiuſmodi nę poſce rationē aliam nūc à me,quàm quòd deo impoſſibile eſt nihil:quem canunt ſcripturæ poſſe momēto & nutu ſolo diuidere inter carnem & ſpiritum: & apud quē nec temporum viciſſitudines aliquid eſſe, nec locorum intercapedines, nec modū diſtantiæ vllum habere, plus quàm puncti exigui, non modo in cōfeſſo eſt,ſed inter etiam doctos cuiuſdam inſignis parœmiæ loco vſurpari ſolet. Raptus animi (ſciſcitor abs te) quid putas aliud eſt, quàm ſubitanea & obreptitia quædam exinanitio,& exceſſus vel temporis vel loci?Imò vero ſæpe etiā numero tota euacuatio vtriuſq;. Cum ſcriptū audis de Abraham, Exultauit vt videret diem meum:vidit,& gauiſus eſt. ibi quidem quid cogitandum eſt accidiſſe viro illi tanto dei amico,niſi quòd cum apud deū mille anni ſint velut dies vnus,intelligendus ſit Abrahæ ſpiritus,licet loco,mora, & ſtatione corporis immotus, per tēporis exceſſum, & exinanitionē eius,vidiſſe diem do-

mini,quanquã porro adhuc,& lõge futurum, velut attamen iam adiacẽtem,& oculari aciei præſentẽ? In exceſſu autẽ & raptu Pauli,quo etiam(rogo)ſpiritus eius, ſecernentẽ dei digito,a ſe in peregre ijt, niſi quia is repente locũ omnẽ & corpulẽtiam mundi vniuerſam prætergreſſus,aſtitit cõminus forte ſubleuanti ſe deo? Apud quẽ nõ ſolũ amplitudo orbis terræ it in atomi ſpeciem, ſed & cui moles cœlorũ, & machina ipſa mundi, vix puncti rependũt vicẽ,vix atomi gerũt ſimilitudinẽ. Nã cũ vniuerſa tẽporũ linea(licet prõmiſſa & longa, licet ignotæ ſeriei ac magnitudinis) ſub cõſpectu immẽſi dei faſtigietur & exiliat in inſtãs. quid hinc difficile fuit Abrahã tãetſi lõgiſſime a ſeculo & ætate Chriſti viuentem,vidiſſe tamẽ inſtantẽ Chriſti diẽ? Et ſi omnis quoque protẽſio loci,ab immenſitate dei reſilit in'glomerẽ puncti, quid quæſo intererit in eleuatione oculi ſupra cardines mundi, nutu vno non conniuente hunc cernere ea quæ quãlongiſſime abſunt, velut & ea quæ e prope ipſi pupillæ eiuſmodi oculi aſtiterint?

NVLLAM NON VISIBILEM STELlam vniuerſa terra eſſe maiorem.

Caput V.

FErt experimento probata, nec rationi diſſentanea aſtrologorũ opinio,nullã nõ viſibilem ſtellã(plurimæ etenim ſunt ſtellæ quæ ob ipſarũ paruitatẽ oculi latẽt aciẽ)

ſexies tota terra eſſe maiorem. Si igitur oculus in terræ conſiſtens ſuperficie, ſtellam quamlibet vt minimam quandam rem videt: quanto magis ſi oculum transfers in fixam quanuis ſtellam, hic conſpicabitur a longe vniuerſam terram vt punctum, vt ve totius iam molis & magnitudinis expertem? Quod quidem accidit Scipioni, vt legimus in eius ſomnio: qui cũ putaret ſe raptum in cœlum, eque cæli cardine terram deſpiceret, & nec maiorem puncto eam cerneret: tædere ſe iam proclamabat Romani imperij: quod quidem cum eſſet tantæ molis res, videretur tamen e cælo res prorſus exigua, cuius cauſa tot erant labores adſumendi, tot enſes ſtringendi, vt ſtrueretur imperium ſimile puncti, & cuiuſdam minimi.

AN IDEM SIT TERTIVM CAELVM, & Paradiſus. CAPVT VI.

DEnique proſequeris an idẽ ſit rapi in tertiũ cælũ, & in paradiſum, quia ſcilicet vtriuſque loci Paulus in raptu ſuo mẽtionem nõ ſilet. Atqui ne dubio vlli id quod modo petis, aſcribendum rere: quin iſtud tuæ anxietati ocius exolue, quoniam omnis quidem ſublimior mundi locus, & regio quælibet quam nullę quatiunt mundialiũ perturbationũ procellæ, quæ lucis & tenebrarũ viciſſitudinẽ deſpectui habet, quæ ſerenitati, quieti & paci feli-

ciũ mẽtiũ, nullius cõtrariæ rei obicem ponit, haud dubie paradiſus quædã eſt, & veræ voluptatis accubitus, diuinæque contẽplationis ſtabilis requies, & neſcia mutationis ſedes.

QVO PACTO INTELLIGENDVM ISTVD: NON VIDEBIT ME HOMO, ET VIVET. CAPVT VII.

ROgas exinde de Paulo, quonã modo, cum pergẽs Damaſcũ, cum ſubito circũfulſit eũ lux de cælo, ſicut nondũ auulſus ab Iudaiſmo, & necdum ſacri baptiſmatis aqua lotus, ita & cruſtatis adhuc teſtaceisve oculis & ſquãma tectis deum vidiſſe potuerit, cum ſcriptum ſit, Non videbit me homo, & viuet. Attẽde ſacræ quidem iſtiuſmodi ſcripturæ intelligentiãm, a mente lectoris voluendam eſſe in tempora caliginis, & nubis, deque nuda olim & impalpabili adhuc deitate accipiendam, opponẽte tum ſibi ipſi ante oculos hominum nubem & caliginem, prius quàm eam cinxiſſet noſtræ ſubſtantia carnis, cum nondum eam obtexiſſet vmbraculum vltro aſſumptæ humanitatis.

DE PHILISTÆIS, QVANTA PASSI SVNT QVIA DEI ARCAM VIDERVNT. CAP. VIII.

ℭCAROLI BOVILLI SAmarobrini de voto, ac libero arbitrio libellꝰ, Ad ſpectabilem virū, Vuilelmum paruum, doctorē Theologū epiſcopum Siluanectenſem.

ℭDe his, qui temere, ī votum reclamant, vllamvouendi poteſtatem, ad eſſe hominibꝰ negātes.

Caput primum.

IAm vero ab eo negocio, qđ nuper in manibꝰ habui, velut fatiſcēs ſecedendum mihi parumper eſt, Huius enim, exacta ſollicitę diſcutiōis trutina, aliquot me diebus longo ſatis ſermone remorata detinuit. Nunc vero tuba, receptui canit, Atque aliud ante mētis oculos obiectum prominet, quod me quidem modo, a longe illexit Et vt ſe, vndecumque circūſpicerem & ſermonem, de ſe ipſo facerem, etiam inuitum prouocauit. Ex Aequore, poſt longa nauigationis tędia, ī portū redieram. Et nunc e portu, in aliud, & quidem inſuetum ignotūque michi Aquor reſilio, velaque reflecto Nam vouere, grande profecto, ī multorum auribus, aliquid eſt, & nonnihil, longiore etiam ſermone dignū, Et preſertim in chriſtianiſſmo

nõ rarum,aut infrequens quiddã,iſtud eſt:q͛d etiam pauorem,formidoloſis, & animo puſilͫlis,incutiat viris. Quam obrẽ opus eſt, id non omnino,poſt tergũ,linquere. Immo quavalue rim⁹,breuiuſcula oratiõe, paucula mõ ediſſe= rere:de eo,quod homines,hodie, votum appel lant.Quandoquidem complures nunc eſſe, cõ munis & publica fama refert, qui receptã du= dum,probatamque ab antiquis voti firmita= tem,tãquam humanæ prorſus obſiſtentem li bertati,nitantur ſuccidere Quique votũ, limis oculis aſpiciẽtes: conentur ambobus humeris illud e medio protrudere Et velut infructuo= ſam arborem,& fruſtra,i ortulo Chriſti terram occupantem:admota ſecuri, euertere molian= tur.votũ ſcilicet,Hi,rẽ omnino arduam inob= ſeruabilem,& ſupra hominẽ eſſe, querulo ore reclamitant. In ius,illud vocant: & vllam vo= uendi poteſtatem: infirmis,& exiguarum vi= rium hominibus adeſſe, prorſus negãt. Alios vero didicim⁹ eſſe,qui,cũ,ęquiore animo,ſub miſſioreque cilio ſint erga votum,mitius ali= quantiſper ſe gerãt.Et priorum admodum cõ formes authorum, cum,doctrinę, tũ ſanctiſſi= mę vitę:ſe faciãt.votique dignitati, ingenue, & vltro nihil reclamitantes ſubſcribãt, Et nec in puncto quidẽ,illi⁹ ſæueritati derogare: aut iactis i cõtrariũ verbis.obſtrepere preſumant.

¶ Hominem, natura, prorſus libe=

rum eſſe. Et nec quidem fato, nec ſydereo horoſcopo, nec vlla neceſſitate i deſiderij ſui, aut actionis impetum, illum protrudi, Caput. ij.

Opus igitur eſt, vt vel primis, vota euertētibus obluctemur: vel his, qui anxio, dubio, & inſtabili pede erga voti ſtatumen, molli in arena conſiſtunt: variiſque opinionū fluctibus quatiuntur, ſalubri aliquo cataplaſmate, ocius medeamur. Danda enim hic opera eſt vt nutabūdis: nonnullorum erga veritatē veſtigijs, ſuſpenſiſque in dubio plantis: ſolidę petrę, fulcimen aliquod ſubdere nitamur. Dicimus itaque, omnia quidem a deo, voluntarie, libere, & ſponte, fuiſſe procreata, Aſt inter cuncta, ſub cœlis entia: id vni, & ſoli homini obtigiſſe: vt ſicut volūtarie & libere a deo: initium & ortum ſuę ſubſtantię acceperit: ita & liber, & nobili dote, ſtantis in ſuę iure voluntatis, ab eo emanarit, Cętera quidem omnia, libere etiā fecit deꝰ & voluntarie. Sed hominem ſolum: & liberū & voluntariū inſtituit, & ſui iuris effecit, Quē inſuper cunctis animantibus terrę, pręeſſe voluit. Cui, tanquam virentia oluſcula, cuncta in vſum & in eſcam ſubmiſerit. Quē alienę nulli ferulę ſubdiderit. Verum in manu cōſilij ſolius ſui relictum: a ſeipſo regi, duci ac moueri

illũ ſanxerit. Et licet angelos paulo illi prętulerit: naturali tamen, ingenui arbitrij libertate hominem illis coequauit. Et nequaquã, ſic vlis, illum coercuit, ac ſtrinxit habenis quominus, in ſuo ſe gradu libret, Et ſe, eo modo librans: ad quodcunque voluerit, queat liberas ipſe, & incoactas manus extendere. Adeo vt non modo liceat illi, volubilem, calcare mundi aleam: temnere que etiam fuſumvariantis fortunę, verumetiam fatales poſſit, inferioris mũdi nodos ĩfrigere. ſeque (quod inanis eſt) aſtrorũ variantibus Horoſcopis, maiorem oſtendere. Quondam cœleſtes horoſcopi, vt priſca gẽtilium ſuperſtitio voluit: humanis actionibus pręerant. Et fato quiſque ſuo, ſe monens in actus quos etiam oderat, ſe ipſe inuitum, & reſiſtere non valentem, compellebat. Abſit iam a nobis, friuola hęc opinio: inter Chriſticolas obſoleta, nec minus pernicioſa. Quæ humana inſolubilibus funiculis deſideria vinciebat & homines, quadam natiuitatis neceſſitate illigabat Atque in actus, etiam inuoluntarios: quos ſydereus, influeret aſpectus: vi, cui reſiſti vix poſſet, protrudebat. Hęc fuitveterum ſub idolorum nube, viuentium opinio quę quondam, ſic in orbe inualuit: vt plurimos in baratrum deſperationis egerit. Quam nunc, vt palam humanę violatricem ingenuitatis, atque libertatis mitiſſima Chriſtianę religionis obſeruatio. non in merito, cum fato, cum ritu, &

ſuperſtitione gentilicia: cumque mendacibus, aſtrologorũ iudicijs: ſuſtulit, repulit, dãnauit.

¶ Eum, qui naturalem, humanę voluntatis libertatem ſuſtulerit, continuo de homine, efficere non hominem. Caput. iij.

SI quis igitur ab homine, hanc inſignẽ ſuſtulerit, naturalis arbitrij libertatem: is quidẽ homini, duo ſimul incõmoda affert. Nam pręter id, quod hominis naturę & ſubſtãtię: ex priuatione volũtatis, vim dedecuſque infert: mox quoque opus eſt: vt eodem iudicio, cunctas illius actiones, velit inuoluntarias prorſus eſſe. Et vt aliis quibuſlibet, ex cauſis: quã a ſola ingenua, nec ſeruilis voluntatis inclinatione: is putet Hominem, in deſiderij ſui & ſuccedentis actionis, impetũ protrudi. Voluntas, eſt potentia agendi libera qua, quiſquis hominem deſtituit & liberas illico eius actiones excludit Et alias humanarum actionum cauſas, ſcrutetur oportet dicatque hominẽ, aut fato fortaſſe aliquo, aut fabuloſa, & plerumque mendaci, ſyderei horoſcopi conſtellatione: aut alio quouis ineuitabili, neceſſitatis ducatu regi. Et quaſi inuitũ proprijs actionibus defungi Quod certe nemo, non perperam fatendum cenſuerit. Is enim qui in exilium, agit volũtatem nõ

modo puſillā,&exiguā ſuſtulerit hominis qua litatem,verumetiam,cum tenui accidēte(ſi in libra accidētium ponderet voluntatem) illius quoque naturam ac ſpeciem demutat: deque homine,efficit continuo non hominem Non enim exigui prȩcij,aut aſpernādi muneris,eſt naturalis gemma voluntatis, Quȩ quamquā in veſtibulo,vel in limine hominis ſtet:& per ficiundis forinſecus, operibus prȩſit: attinet tamen ipſa,nonmodo ad totius ſubſtantiȩ illius integritatem: Sed & ad precipui roboris ſpeciem,tum etiam ad gradum quoque hominis,atque ad explendā illius dignitatem:non minus credēdum eſt,homini attinere,& peculiare eſſe ipſum donū voluntatis, & liberi arbitrij:quam etiam preclariſſimum,& humanȩ ſoli cōciliatum naturȩ,munus rationis. Ratio enim & voluntas, eodem prorſus, & quidem infrangibili fune ligantur.Et ambȩ, quadam paritate,in homine ſe librantes: ſubſtantiale illius faſtigium complent Ab habitu enim & participatione rationis: & ab amica inſitione volūtatis: metienda eſt altitudo hominis,quē ſi breuiore funiculo metiere: continuo fiet res inferior homine.Homo, ab inſitione & inſeparabili prȩſentia rationis:id cumprimis habet,vt homo ſit, deinde vt ab excellenti,mundana omnia dignitate minime ſe degenerem, fieri patiatur Et ne per contrariȩ diſſimilitudinem vitȩ: vlla in re diſſonus a ſeipſo

excidat. Sed pro hominis culmie,& honore: is cui ſpecioſam hominis effigiē natura cōceſſit viuat. In que hominis gradu, ne ad inferiora ruat ęquilibri ſe rationis ſtatera fulciat. Et in medio perſeuerans: ſui ordinis amuſſim, ad vnguem ſeruet.

❡Analogia humanę ſubſtantię, ad arborē mūdo parem, illiuſque culmina, e vicino exoſculantem.

Caput.iiij.

Qvia ſi in his, placet dinoſcēdis, oculari analogia vti: dic humanam ſubſtantiam, ob multiplices, quas habet vires: eſſe velut præcelſam quādam, & ęquam, faſtigio mūdi arbuſculam quę ſummo vertice, cœlum ipſum, aut cominus exoſculetur: aut etiā tranſgrediatur Ab hac arbuſcula, ſi dempſeris donum, ſublimemque verticē rationis: nihil confeſtim, ex illius ſtipite, quā trunca, mutila, & vſui apta nulli: bruti animātis ſors, ſuperfuerit, Cœlū quoque ipſū (quod in myſterio, humeris fulcitur humanis, quod & arx, vel teſtitudo māſionis illi9 eſt) vel ruet, vel caſſum erit. Deme etiam ab eadem arbuſcula, annexam culmini rationis voluntatem, liberi ve arbitrij ingenuam dotem: ab initio totius ignoram, & neſciam ſeruitutis: mox in conſimile incommodam laberis. Eueſtigio e-

nim anguſtum illud,humanę naturę faſtigiū: ſublime,ve decus, ab arce naturalis ſuę perfe=ctiōis(quod nephas eſt)excidet, Et ī deforme, & inutile mūdo,irrationalis ſubſtantię mon=ſtrum:mutilus hominis decor tranſibit. In=que vile mancipium,alieno regendum conſi=lio:ſeruiliter,humanę conditiōis pulchritudo, commutata, prorſus obſtupeſcet Si demēs,ab homine rationem: amputes ab illius arbore ſummitatē:demens exinde volūtatem, aufers & ab ea,radicem.Et facis ex arbore,non arbo rem,Quemadmodum etiam conſtat eam qui=dem,cytharam non eſſe: ſed cytharę,ſurdum, mutilum, & ineptum muſis fragmētum: cui ablata chordarum, fidiū ve modulamina:nō=modo digitos fefellerint fruſtra, in re perab=ſurda,exquirentes armoniam,ſed & aures, ad audiendam ſuauitatem, pronas eluſerint Ex natura ergo et proprietate hominis eſt:ſicuti rationem habere,ita & liberi quoque arbitrij compotem eſſe.Ambę quidem hę vires,& ra=tio inquam,& voluntas, perennem in homi=nis animo,ſedem habent. Ab animo,homo: longe excellētius habet: quam a corporis de=core,hominis nomē.Et cum ipſo nomine hu manę quoque ſubſtantię dignitatem capit. Corporis membra quamquam,ad decorem or natum,& virium organa ſpectant: non tamē precipuam hominis integritatem finiūt Pla to,cū ſemel in academia ſua,de homine diſſe

reret:& ad ſola corporis mēbra reſpiceret: dixit Hominem,eſſe animal bipes,implume. Id aduertēs Diogenes, explumatum anſerem,in ſcholam Platonis,coram cunctis,ridens immiſit:dicens Ecce inquit homo Platonis Sic platonem,vir facetus irriſit tanquam qui hominem,indecentius,quam par erat:ab accidente finierat Sed iam quę ſit inter vim rationis,& naturalis arbitrij:differentię proprietas facūda:& quo etiam pacto innaturale votum, ad vtrumque naturale, hominis munus ſeſe habeat:ſequens caput exoluet.

¶ De diſtinctione horum trium,in homine videlicet potentię, voluntatis,ac debiti, quę ꝑ ratiōis habenas, debent in ſtatera ęqualitatis appendi.

Caput.v.

Liberum in homine arbitriū: ſagax natura Haud per ſe,& ſolum liquit: nec naturali lumine,in agēdis deſtituit. Sed imperiali rationis iudicio, vt infirmam vitem,ſolidiori palo,illud ad alligauit: vt ad ea duntaxat officia homo,exercenda,mitem ceruicem, pronus inclinet:quecunque ſerena,& nullis caliginibus obnubilata rationis lux: bona & honeſta eſſe, regio ſedēs in thalamo dictauerit. Quamobrē

homo,licet poſſit quidem per ſe, & omnino li ber,agere plurima hanc tamen vagam,effrenem,& in peregre labentem,quod lubet agendi licentiam:ſinere non debet per ſeipſam vagari,& in omnem ventum circunferri. Quam refrigerijs,habeniſue, ſtantis in medio rationis temperare & moderari iubetur.vt non illico,quicquid poſſit,aut velit,id agat.ſed ſolummodo,quicquid honeſtum,vtile, neceſſarium, & rationi conſentaneum ſit, faciat. Atque in id quidem,quod agendum ſit:nõ temere, nec greſſu pręcipiti eat.ſed ingenti pręcurrente, imperturbati animi conſilio : id quod mente concipit,aut cupit:in actionis effectum deducere,& exequutionij demãdare feſtinet. Quapropter tria quędã ſunt:quę in Hominis perſpectione,ſe mouentis:veniunt exigenda: potentia,voluntas,debitum. Hęc,in dinoſcendis humanarum circunſtantijs actionum,vſque adeo proſunt:vt non obſcuram, aut modicam, immo pergrandem,ac pręfulgidam,nobis cõferant,in cunctis agendis anteluminaris luminis faculam,Ab his tribus:inclyta pendet paris,& reſpondentis tryadis cathenula qua,per hęc tria:per inquam poſſe velle,ac debere:cotidie,non ſolum docti.ſed gregarie,indocti etiam vulgi turmę:ſuas actiões apte diſtingũt Quę quidem debent eadem prorſus in ſtatera,ob ponderis & pręcij paritatẽ, a nobis reponi,ac diſcerni Ne ſcilicet per ignauiã, aut

ignorantiam noſtram: aut voluntas, potentiã aut potentia, voluntatem: Aut potentia, atque volũtas, mitiſſimę rationis debitum, modum que exuperent. Et inęqualitate ſua: humanę mundanę que totius pacis integritate, pulchri tudinẽ: atque armoniam: ęqualitate ſe, in trina, fulcientem diſſoluant. Si enim eodem penitus, atque ęquali funiculo tria hęc, in nobis metiemur: poſſe inquam, velle, ac debere mox inęqualitas omnis, & indecentia actionum, a nobis fugiet. Et non quicquid, e regione con ſiſtens, lubricantium oculorum, potẽtiam mo uebit noſtram: id cõtinuo comes & aſſecla mo bilis potentię voluntas: procliuibus vlnis am bibit. Neque rurſum quicquid, ex aduerſo ſta bit potentię, atque voluntatis: & vtrique prurritum, titillationem & agendi libidinem inferet: in huius illico factum, & exequutionem operis: feſtiui alacres & impręmeditati: ferarum inſtar, procurrem⁹. Nam magiſtra ratio, preſto eſt: & lucem ſuã affert, que nimiam po tentię, & cupiditatis vim aſtringens, dictet iu beat imperet que: vt id quidem, nõ aliud quic quam velim⁹, agamuſque: haud quod affatim poſſumus, verũ quod ſolum agere debeamus. Debemus autem, id quidẽ omne agere: quod nitidę rationis, omni pręficienda humanę actioni lux, apud ſe, pręſenſerit & exinde docue rit, iuſſeritque, eſſe faciundum. Exoritur itaque in homine, virus & grauis amarulẽtia pec

cati:nequaquã ab innocuo munere, ac dono, ſyncerę & indeuię rationis. Cuius lumen, Homini: quandiu viuit, non deeſt. ſed duntaxat a diſcrimine, ab inęqualitate & exceſſu potentię atque volũtatis. quotiens ſcilicet e mediocritati parſimonię, ac ſobrietati rationis oblu ctãtur. Et parere illi licet recta, & honeſta mouenti, dedignãtur. Quotiẽs enim, ab eo, quod cunque e regione, & ex aduerſo cõſtiterit oculorum: quod, aut ſenſus, aut intelligentiam noſtram mouet: primores hominis vires, potentia atque volũtas, in rætia aguntur. Et dum a blanditijs prurientis voluptatis, aut titillantis nequitię improuido affectu abripiuntur: tunc permagna & indecora in homine, inordinatio contingit. Qua ſpreto, ſenilis, & cõſultiſſimę ratiõis, caſto moderamine, atque imperio cętere vires, temere pręcipitem in actum decurrunt. Et velut tenſo, ad omne ſignum arcu excuſſiſque ad illud ſagittis: in rem illicitam eunt hominem que ab ſuę ęqualitatis gradu labentem: protinus in ima excutiunt. Sic una & liberum illum, in ſeruitutem conijciunt. Et indignum ſua ipſius ſorte iugum pati, tã volentem, quam renuentem compellunt.

¶ Votum, vtile quidem eſſe, et expeti ab homine debere, vt infirmitati rationis opem allaturum. Cap. vj.

HAEc igitur tam noxia,hūana rum viriū diſcordia:vel cauenda omnino,vel pro viribus ſedanda eſt. Et preſertim duarū potentię ſcilicet, atque voluntatis inęqualitas:cū caſu emerſerit,& radicitus eſt,& illico amputādā. Et ad id operis perpetrandum:voluntarij nonnunquam voti,palo:debilis ſtabilitur,rationis arūdo Illiuſque,licet difficiles,& arduę: vtiles tamen ſuppetię,ab hominibus,interim exiguntur. Nam voti finem, alium reperio nullum: quam quod ad id preſertim intentionis,expeti votum ſolet:vt infirmitati ratiōis,opē ſubminiſtret. Et vt priorum hominis donorum: exceſſus,lapſ⁹ ve temperet caueatque,ne quid in homine,ab hominis perſuaui annonia degenerans:ſtateram illius, vel pauxillum inclinet.Et ne is quidem,quem haud ignoramus, natum eſſe,ad libertatem,& prouinciam, honeſtæ adipiſcendę virtutis:vel diuinam in ſeipſo,nequeat illibatam tueri effigiem.Vel per abruptos indomitę voluntatis,& effrenis potentię ſaltus,eat.Et lubrico ſe ſinat pede,eouſque abduci:vt rationem,humanę dignitatis& honoris cuſtodem:carnis domitricem, perturbationum ſedatricem,animi denique corporiſque rectricem:indigne violet. Qua proculdubio vim patiente:& tanquam regina,ab ancillis,acta deorſum,in cōpedes: omnis huma-

narum virium clientela, cum prę ſide ratione, peſſum profecto it. Et non demun ſupereſt aliud: quam vt homo: ſuarū miſeranda præpoſteritate, & inordinatione partiū: vile fiat, turpium viciorum mancipium. Haud ergo, volūtarium putet quis votū, humanę obeſſe, & obſiſtere libertati, quod potius efficitur validum humanę libertatis, aut rationis, ſuam tueri dignitatem volentis propugnaculū. Cauens quidem, ne ratio obbruteſcat. Et indigne, pro ſua agens claritudine ſeruilique cōditione viuēs: rationis nomen ſiniſtiſſimo euentu amittat. Eſt enim votum, famula & ancilla ratiōis: adiuuans eandem, aduerſum nimiam potentię, atque voluntatis licētiam: has quidem, illi ſubdens, cauenſque, ne ab alio humanę dignitatis tholo, in inferiorem excedant orbem. Et iugum tandem, inter vel contraria vel diſſonę, diſſimiliſque vitę entia, pręferre cogantur hoſtilis ſeruitutis. In qua quidem, & inclytam ratiōis dominium, & ingenuitatis illi⁹ proprietas periclitaretur. Et cum his ipſa, denique rationalis, nominis dignitas, peſſum iret, & flocci, illius imperium fieret. In cūctis etenī his quę a nobis fiunt: re pereunte ipſa: aut perit, aut ſordet, aut certe fallax eſt, in auribus, illi⁹ nomen, & prorſus ſignificantię nullius. Non eſt enim paterfamilias is: niſi qui familię, prę eſſe didicerit. Et ſi quis ī domo, ignauus ac negligens: ſuę familię cupiditatib⁹ paret: in hoc

illico: ingenuũ præfecturę nomen obſcurum
fit: & aures fallit. Sic & rationis decore, ac na=
turalis ingenuitatis faſtu: aut in occaſum la=
bente, aut foedis, viciorum caliginibus offu=
ſcato: neceſſe eſt, & vna, cum re quidem ipſa,
pereunte: & ipſius quoque nominis aurē, nos
fallere: ac parem perpeti, ſuę iacturam appel=
latiõis. Nam re, vt diximus in quibuſlibet pe=
reunte, ac naufraga: ſupereſt fallax duntaxat
& inanis nominis palea. quæ ſuſpēſam, & pre
ſtolantem, grãde aliquid mentem: vacua & ſte
rili ſignificantia eludat. Perinde atque pereũ
te cultu & amore monadis: mox in monacho,
nomen ipſum, tractum a monade, friuolũ fit.
Et ſi quis viro, a monade, ad multitudinis a=
morem relabenti: indigne illud attribuerit: is
plane audientium aures, inani & fallaci ſono,
rei ipſi diſſentaneo, eludit.

¶ Votum. haud eſſe munus naturę, ſed accidens ſolius voluntatis.

Caput. vij.

QVid ergo iam dicemus, in ho=
mine eſſe votum. An natura=
le profecto aliquid, quod ho=
mini, natura, ab initio contu
liſſe voluerit? Abſit. Serui, in
domo vt plurimum non na=
ſcuntur. Sed vel aliunde emuntur, vel mercede
conducti, in domumveniunt. Sic & votum, vt

ſeruile,& peregrinum quiddam: intra homi-
nis arcem,a natiuitate, locum non habet. Sed
id quidem poſtea,a liberę ſolius voluntatis in
ſtinctu: in auxilium infirmæ rationis,in repri
mendam liberioris potentię licentiam: huma
na accerſitur in caſtra. A ratiōe duce,& caſtro
rum pręſide,admittitur. Et vtriuſq; demū cō-
ſenſu,ſic in hominis thalamo figitur, radica-
tur, inualeſcit: Vt etiam futurę conſuetudinis,
ac legis cuiuſdam vires(quas deinceps, preua
ricari piaculum ſit & nephas) obtinere creda-
tur. Septis enim voti,firmiſſimis: imbecillitas
pronę in malum voluntatis,ſeſe aduerſum ini
qua titillantium voluptatum ſeminaria, pro-
uide communit,claudit,coercet. Ne in paten-
tes imminentium & ſponte luxuriantium vn
decunque viciorum agellos, liberius ſe effun-
dat,& ęqualitati ratiōis diſſentiat. Et eam de-
mum,a ſuiipſius culminis tholo, in ima prola
bentem: in hoſtilis ſeruitutis aegyptum, ad cę
pas: & pepones,& ollas carnium, genialis ap-
petit⁹ abducat. Cum itaque recepta,intra ho-
minem,auxiliaria voti munimina,militent li
bertati,pręſidio,ac ſaluti rationis: ingreſſis in
anceps huius vitę biuium aut ad dexterā, aut
in medium,iter faciundum eſſe præmonſtrā-
tis: qualiter ea ipſa,quę,ad opem ferendam in
uitare,& accerſere ſolemus: hominem,de libe-
ro,efficient non liberum? Aut quo pacto,con
trarium erit votum,ingenuę illius naturę: que

animum rerum auidum meliorum,ad alta eri git?Et quę hunc,in vilibus carnalium deſyde riorum patinis,ſegniter habere,& alere renuit Nec ſocijs vliſſis, ſimilis fieri vult: qui,ꝙ ſili- quas pluſquam humanam eſcam adamarunt indigniſſimam porcorum effigiem, humanę prętulerunt.Et in hominem,oblata optiõe,re dire noluerunt. Fabula hec, nonnihil,myſticę doctrinæ præ ſe fert.Et ad rationem, inaniter agentem:a ſua ipſius arce prolabētem,& ſen- ſibus ſeruiliter obſequētem,ſatis alludit.Quē admodum rurſum ſanitati(que naturę iſigne donarium, & prę omnibus, vtile corpori mu- nus eſt) quis oro,cataplaſmata, aut alia,id ge- nus medicamina dixerit aduerſari?quę,colla- pſę ſanitati,non vtique obſunt,verum aut re- ſtituendę,aut tuendę illius armonię,cominus opitulantur? Quis etiam ob ſeruorum multi- tudinem:intra domum,vna cohabitantem,& que in domeſticę rei diſpenſationem,aut em- pta,aut mercede conductitia ſit: dicet patrem familias,in ſeruitutem conijci, & ſeruum fie- ri?Quiſnam etiam moenia:muroſue ciuitatis obſtrepet,iurgabitur ve,aduerſari paci & ſecu ritati ciuium:qui tuendę eorum libertati,paci & opulentię proſunt?Et ad id ſolum officij,li bere,ac voluntarie,ab vnanimi ciuium cõſen ſu, & publica eorum impenſa,extrui iubētur: vt hoſtilis incurſationis vt predę, & captiuita tis iniuria,ab eis propulſetur,Et vt intra eorū

ambitꝰ,pace fruẽtes queq; incommoda deui
tent.Et ſecuriores viuant his, quos patẽtibꝰ
in agris,interdiu noctuq; viuentes: & ſomnũ
in eis capiẽtes facile eſt incautos, incidere,cũ
omni ſua ſuppellectile, in manꝰ inſidiãtiũ ad
uerſariorũ.Sic & volũtarij voti moles:licet ra
tioni,ſeruile obſequiũ paret:illã quidẽ ſepiẽs,
ac muniens non tamẽ illiꝰ libertati obeſt,cuiꝰ
lumẽ a contrarijs,& circũflantibꝰ vẽtis arcet.
Nec enim patitur eiꝰ flammã extingui : cuiꝰ
calore,anima tota viget. Et a qua vna,omnis
illiꝰ viriũ clientela,dũ rectæ moderationis per
pẽdiculo ſubeſt:rite omnino ac bene,ſe in cor
poris domicilio habet.

Voluntarij voti naturam, per analogiam murorum ciuitatis, rite dinoſci debere. Caput.viij.

QVapropter,quiſquis,peregrinũ vo
lũtarij voti accidẽs, vel culpat: vel ĩ
ius hũanę ſeruitutis adducit: is oĩno
ſua opiniõe eluditur.Qui ſi voti na
turã, perſpectius agnoſcere voluerit:hũc expe
dita ac facilis, murorũ ciuitatis analogia iuua
bit,Et ſui illico deſyderij cõpotẽ, illũ effectura
eſt.Murꝰ eteni ciuitatis:opꝰ quidẽ eſt ciuium
volũtariũ.At vero,vbi muri,qua vis ex mate
rię,extructa altitudo prominet:tũ lex e vicino
adeſt, vbi pacifice & coacte in vnum, ciuium
turmę:cũ,ob vicinorũ hoſtiũ formidinẽ:tũ,ob

mutuę amicitię publicęque vitę, & negociatiōis cām, foed⁹ ineūt. Et ſe vltro, itra murorū ambitū habituras iurāt: ac vouēt: cōtinuo quoque illis, vt iā ciuib⁹ ex iuramēti pacto effectis ardua muri lex imponitur, quę vna modū ponat, ciuili diſcordię. Et ſit ꝓpulſatrix, hoſtilis iiurię Et mox cū legis latiōe: ciuica quoq; iura, quę preuaricari ciues nō licet, eorū aurib⁹, palā, & publica denūciari tuba iubētur. Quęquidē, ſi poſtea ciuiū vllus ſpreuerit: & audaci pede, ea trāſgreſſus, effregerit: hic eueſtigio, vt ciuiliū peierator legū: vel exilio, vel digno capitis ſupplicio, pœnas daturus eſt. Et cęteris, inſtar Remi, exēplo fiet: ciuiles profecto leges haud eſſe, temerario auſu infrigēdas. Vt quas quidē non inuiti ipſi: ſuſcipere ſed quibus, voluntarię profeſſiōis aſſenſu: ſua colla, cū iuramēto ſubmiſerūt. Cū primū ſcilicet, intra ambitus murorū, ſe vna cōuicturos deuouerunt. Tolle etenim hoſtē, & pone vbiq; pacē: ſuperflui illico cū legibus ſuis fiēt ambitus murorū Et his qui vberiores patētiū agrorū auras amant: quique rura, quam vrbes libentius incolūt: portæ & feræ nauſeam, & velut carceris faſtidium parturient. Tolle etiam ea: quæ rationis apicē, in homine oppugnare, & in ima ꝓtrudere, curuareq; moliūtur: iā cū vide reuulſa, radice viciorū: illico ſuperflua, & caſſa erit, vouendi occaſio omnis. Superfluunt enim arma, cum ceſſant bella. Finge rurſum carnem,

omnino ſpiritui amicam: & irrationalem appetentiam, rationali appetitiõi mitiſſime obſequentem (Hanc enim inteſtinam: in homine concordiam: futurum ſeculũ, totius diſcordię & peruerſę cupiditatis ignarum: in ventura ręſurrectiõis fœlicitate iſtaurabit (mox quoque, & obſiſtentem irrationali deſyderio, voti ſcuticam caſtigantem illius feritatẽ, ſuperfluã mirabimur eſſe. Nec minus & perarduas voti quoque leges: vt momenti illius, proculdubio auerſabimur: dicemuſque nauci illas, merito eſſe faciundas. Mundus hic nõ capit: quod futurum ſeculum inſtaurabit. In bello, hic viuimus: qui poſtea, pace, quam mũdus hic neſcit ĩmunes, ac liberi a malis, perfruemur. Nec tñ, vlla voti neceſſitate illigabimur. Ibi enim ſuperfluę ſunt, vigiles excubię: vbi nullę ſũt hõſtium, aut aduerſantium rerũ inſidię. Liquet igitur, ad quid votum: in homine, introducendum ſit, quid ve neceſſitatis, ſit illius voluntario, & peregrino accidenti, tribuendum. Peregrinũ accidens & aduentitiũ vocamus: quod neceſſitatem naturę, nullam habet. Sed quod ex occaſione infirmitatis & peccati ſolius accidit, quod ve voluntarie comparatur: vt eius ope malo obſiſtatur. Quamobrem nec votum in futuri ſeculi quietem introibit. Nam quies hęc beatitudinis plena, malum neſciet, & totius pugnę atque infirmitatis exors futura eſt.

¶Sacrorum eloquiorum teſtimonio volũtariũ votũ, in hoīs eſſe arbitrio, atque poteſtate. Cum ſit proprio, homo, deſyderio, maior. Caput.ix,

ET vt ea, quę nunc, celeri calamo, de voto, breuiuſcule ꝓſequimur: ſacrorum etiam eloquiorũ, intercurrente vtili teſtimonio fulciamus: diluenda cumprimis eſt, ſanctę ſcripturę authoritate quorundam, aduerſũ veritatem, obſtrepens inſtantia. Eorum, ſcilicet, qui per effrenem, & vt volunt indomabilem prurientis carnis libidinem: concupiſcentem iugiter, armaque ferentem aduerſum ſpiritũ: voti firmitati temere obſiſtere, illiuſque fila ſuccidere, & perrumpere moliuntur. Effutiunt enim aduerſarij interdũ etiam nonnulli: illicitum eſſe, quicquam vouere, quod ſupra vires eſt. Ideoque, vlli ſe voto aſtringere: eſſe tentare deũ. quod etiam & ſacra quidem cautione, vetitum, inhibitũ que eſt: & peccati noxa, manifeſte nõ caret. Et vt maiorem ſibi, aduerſum votum, obluctandi occaſionem adaperiant: liberam cuiuſlibet viri actionem: coacto opere, volunt eſſe meliorem: maioriſque retributionis, & pręmij, a deo expectatricem. Gratius enim aiunt, eſſe deo, id opus: quod libere, & ſpõte, a quopiam peragitur: eo opere, quod

perurgente voti, cui ſe,quis alligarit neceſſita te,& amuſſi,ab alio perficitur. Cũ etiam,nulli dubiũ ſit maioris mercedis pręmia primi,quã ſecũdi,operis paleſtrę, īminere, quę largiflua dei bonitas,laborũ omniũ cõpẽſatrix,rite certantibus,cũ ad laborũ ſuorũ finẽ peruenerint redditura ſperetur. Huic īſtãtię, hunc quidẽ euãgelicũ textũ,pro clypeo obijciemus. Quis eſt homo,qui volẽs ędificare,non prius ſedẽs, cõputat,ſi habet,vnde poſſit perficere, ne poſtea irridẽtes dicãt.Ecce homo,qui cœpit ędificare,& nõ potuit conſũmare?Nã velle quic quã attẽtare operis:quod ſupra nos ſit. Et q̃d propriarũ menſurã viriũ excedat: ſtultũ profecto id eſt,ſuperfluunque,& riſu dignũ. Id que eſſe tentare deũ inficias ibit nemo, velle īquã ſupra ſe quid agere.Et vt vulgo aiunt, fruſtra niti ad impoſſibile quiddã Abijci enim poſt tergum nõ debet,nec obliuioni committi,proprię ſtatera imbecillitatis,cuius põdus: maximopere,prę oculis eſt habẽdũ. Vt iuxta illud, cuncta noſtra opera,& arcana mentis molimina,velut operũ noſtrorũ initia, rite beneq; cõ ſulti metiamur.Et nihil omnino, ſupra illud: vel attẽtare audeamus: vel nos etiã conſecuturos,& opere impleturos ſperem⁹.Atqui de voto,res prorſus,nõ ſe ita habet. Etenim vouere voluntariam inopiam,proprię que ſupellectilis abdicationem.Caſtimoniam item,& alterius volũtati,humilem proprię voluntatis ſub

miſſionē,quā obedientiā vulgo appellāt:quid oro,iſtud tam arduū,nonnihil habet:vt humanę vires, illi omnino impares ſint Nam nihil id,aliud eſt,quā rebellem & inſultatoriam, indomitę carnis feritatem:miti,& ad deū anhelanti,ſubdere velle ſpiritui.qui ideo iuſſ⁹eſt pręſidere carni: ne in illa molliter ſe gerens, Sed generoſa ceruice,alta peteſſens,tranquillitate que fruēs,facilius diuinę manſuetudini ſubdatur.Quamobrem ſi quis,hæc quidē,humanis maiora viribus,eſſe voluerit nonmodo is ſine cauſa,humani ſpiritus vires exinanire ſuo que ſolio,illū deijcere conuincetur. Sed & diuinę beatitudinis ianuas,illi oīno pręcludere:extemplo arguetur, quę nulli quidem animę,niſi victrici:& cum,ex periculoſo infirmę carnis contagio:tum ex naufraga mundi peregrinatione. lætam ad deum palmam, tranſacti certaminis referenti patefiunt.

Irrationalem appetitum, ſacrorum eloquiorum teſtimonio, ſub homie, ſub ve ratiōis dominio eſſe. Cap.x.

CAEterū,cauendū nobis eſt, ne ad ſuperioris iſtātię dilutionē:minus ſane,quā pareſt,& neceſſariū fuerit,afferre videamur.Quāobrē obiurganti,ſine cauſa,nonnullorum proteruię: non peregrini, & incerti dogmatis clypeum

opponem⁹. Sed ſecuri⁹,hoc fideliore eloquio illam compeſcemus. Sed ſub te inquit ſcriptu ra.erit appetitus eius,& tu dominaberis illius Quib⁹ quidem verbis,plane edocemur:per in troitum pungentis ſpinę peccati(quam,veti- ti ligni eſus:primi,cordi,parentis infixit(duo rum in homine appetitum,latam & contra ſe pugnantem inordinationem contigiſſe. Per quam,licet irrationali appetitui ex inflamma tione,& iniqua ſuggeſtione maligni, adiecta ſit,aut adaucta virtus,almam rationis maieſta tem oppugnandi:attamen in ſuo nihilomin⁹ apice,rationem reſediſſe. Quę ſacra totius hu mani toti⁹ imperij iura,ac modeſti regiminis ſtemmata,penes ſe,inuiolabilia ſeruet. Adeo vt in arbitrio,hactenus hoīs ſtet: vt aut igna- uiter ſe,ab illicita irrationalis appetentię po- pina illectū,abſtrahi,vinci,ac turpiter obbru- teſcere patiatur.Et vt ea inſuper, patret ope- ra,propter quæ,in futuri diſcuſſiōe iudicij:ad iudicis lęuam eat,dignuſque ſit, qui iuſto pœ nas ſupplicio exoluens:huic męſt⁹eloquio pa rentet.Quæ inquam ſeminauerit homo,hæc, & metet. Aut vt viriliter agat.Et vel per ſe,vel per emiſſi voti adiutorium,iuuamen & opem irrationali appetitui,obicem ponat .Et cūctis viciorum ſalebris obſiſtēs,ſic viuat:vt nequa- quam ab hominis ſacra conditione, deteriorē ſe fieri lugeat. Et vt eorum demum, perficiat operum frugem:per que,laude,palma, ac præ

mio dignus ſit. Et a deo bonorum omniũ retributore, iuxta ea quæ egit mercedẽ reportet. Atque in id, non incidat vituperij: ſe quidem cum in honore eſſet, nõ intellixiſſe, brutiſque & iumentis inſipientibus, iniqua lance comparari debere. Tranſactæ ſpeculum vitæ, nec mentitur, nec fallit quicquam. In quo quidẽ, acta hominũ omnia, diuinis offerũtur oculis, vt iuxta ea, quæ egit quilibet. Et ſecũdum ea, quæ in ſupremo ſuæ vitæ ſpeculo, dei digito ſcripta, animaduerterit: ſe haud dubie in fine, recepturum ſperet.

¶ Hominis vitam, in duorum certamine appetituum, vter vincat poſitã eſſe. Caput. xi.

HOminis ergo vita: poſt virulẽtam: admiſſi ab initio peccati ſpinam: in duorũ certamine appetituum, vter vincat, poſita eſt. Nã peccati introductio eſt & homis, a deo ſeparatio quę hanc, in homine: diuerſarũ appetitionũ pugnã, concitauit, quæ & hominis ipſius, graue ab origine pondus: & peregrinantis a deo animæ, oneroſam incudem: in ima labentem: in huius biuio mundi ancipitem facit, dũ in ſtatera, virtutis & viciorũ: vitæ & mortis: præmiorum & ſuppliciorum, laudis & vituperij, illam appendit. Et in magno pugnantiũ con

trariorũ diſcrimine, tandem eam locauit. Inter vero rationem & ſenſus, omne iſtuiſmodi, poſitum eſt certamen. Tum illi quidem, debeatur imperium. Ab his vero, iuſtũ exigatur obſequium. Et inter lucem & tenebras, iter deũ, & dei aduerſarium propoſitum ſit certantib9, & athletis: aut legitimæ paleſtræ totius ve luctę præmium: aut dignum negligentiæ ignauię que ſupplicium. Nam ſi ratio quidem vincat, quæ ſe valido virtutis clypeo tegit: cui ſpõte introducta, votorum prę ſidia ſuffragantur: cui & deus ipſe, adeſt: cui & ſolicita, & accurata angelorum cooperatio, aſſiduam etiã opẽ, ſubminiſtrat: emeritum paleſtritem, dignum efficiet, qui factæ ſementi, parem omnio colligat meſſem. Quique vberem, diuinorum præmiorum, aream faciat, id eſt qui in bonorum angelorum, deique conſortium fœlix eat. Sin homo, per ſocordiam animi, ſegniter ſe, hac ĩ vita geſſerit. Et blãda ſenſuum miniſteria, ſupra rationis apicem extulerit: nec non & vototum, quibus ſeſe, in auxilium rationis (velut preruptam, viciorum aditibus, obiciẽs molẽ) munierat, peierator extiterit: hic, qui in hunc modum, irrationali appetitui, ſolutas ſupino pectore, manus protendit: in contrariam partem, adeo iturus eſt. Ideſt in tenebras, in que infoelicium dæmonum contubernia relegandus. In quibus cogatur inuitus experiri, quantę ſit fœlicitatis, dulce dei iugum, miti, humili

que ceruice perferre potiuſquã, aut iſolēti pro priæ cupiditatis libidini parere. Aut ab iniquis demonicarum ſuggeſtionum ſeminibus, ſinere vterum mentis grauidari. Quę enim, ſe minauerit quilibet, hæc & metet. Et ĩ qua mē te, angelus lucis: triticū ſeuerit, & ſemen bonū hęc dignam deo meſſem faciet. Et fructū bonum, in horrea dei deportandum, latura eſt. Quam vero mentem, ſpiritus tenebrarum im pregnarit: ĩ qua, lolium, tribulos, & zizania ſeminauerit: hanc deus, vt pote parem, ſuſcepto ſemini, fructum malum faciētem: cum fructu ſuo, & ſatore iniqui ſeminis: ſeuis & ęternis ignibus demandabit. Hoc quidem humanę vitæ, & certaminis diſcerniculum, hic appoſuimus: vt noſceremus, quid nam peregrinū voti accidens, homini: inter contraria, huius vitæ incōmoda titubanti, iterim proſit. Et quid nam etiam pręſidij ac iuuaminis, infirmioribus affert: non modo labijs vouere: ſed corde & opere, vitam facere omnem, ipſi voto conformem.

¶Exemplo perfidi Ananiæ, voti peierationi, reatum, nec non & ſupplicij minas impingi.

Caput. xii.

SEd & rurſum, opere preciũ eſt,
vt voluntaria voti, vim regno
cœlorum inferentis,clauſtra,ſa
cræ teſtimonio ſcripturę,cui dã
da fides eſt, inuiolabilia tuea=
mur,eiuſque etiam peieratiõi,nec peccati qui
dem noxam nec infligendi ab vltore ſcelerũ,
ſupplicij formidinẽ deeſſe,ſacris eloquiis inſi
ſtentes edoceamus.Recurremꝰ ergo citius,ad
beati Petri Hiſtoriã, in actis expreſſam apo=
lorum,Cum enim ante pedes illius: perfidus
Ananias,venditi partẽ agri,detuliſſet: fingẽs
quidem dolo,& interrogatꝰ reſpondens, ſe tã
ti,agrum: quanti,petebatur vendidiſſe.conti=
nuo in verbis,apoſtolorum principis,nonmo
do correptionis,& redargutionis, habentibus
vim,ſed etiam miram puniendi efficaciã,præ
ſe ferentibus:diuinæ in ſeipſo vltionem virtu
tis expertus eſt:qua,palam & coram omnibꝰ,
vir iniqui doli commentor, expirauit, Quem
mox etiam,impia vxor:quæ apoſtolicæ inter
rogationi,parem commenta eſt fraudem: Et
nec mentiri quidem erubuit, nec vicinum di=
uinæ ſeueritatis iudicium expauit:iuſta mor=
tis vltione infœlices,mariti manes,ad inferos
comitata eſt.debitaſque cũ illo.commenti do=
li,pœnas exoluit.Sed ſubiunget aduerſarius,
in Anania,& vxore ipſius: nullam voti figu=
ram,ac ſpeciem,ab hiſtorialis huiꝰ ſcripturæ,
ſuperficie imminere.Cui reſpõdebimus,in ip

ſis quidem,aut apertam,aut tacitam voti, illu xiſſe ſpeciem,figuram, ac profeſſionem Cui⁹ indicium,id fuit,ꝙ ſeipſos vltro, ac prorſ⁹ voluntarie,communioni, ſocietati ac participationi fidelium,immiſcuerant:ſua omnia,libere vendentium.Et eorum præcia nihil omnino clanculum, propriæ vtilitati reſeruãdo:ante pedes apoſtolorum deponẽtium, nihil que penitus poſſidẽtium.Hi enim, quos in initio naſcẽtis eccleſiæ: ſacra Chriſti fides, in vnum coadunauerat:cum nihil iam,quod mundi huius eſſet,ſuum eſſe dicerẽt:in plenitudine inũdantis gratiæ ſpiritusſancti, veraciter & ſupra mundi æſtimationem locupletes erant.Et voluntarie,omni patrimonio.& poſſeſſione terrena,ſeſe abdicantes huic,diui Pauli eloquio, penitus conformes fiebant.Tanquam ſcilicet nihil habentes:& omnia poſſidẽtes. Vni⁹ quidem dei amor,mutuum in eis amorem pariẽs vt vnam ex omnibus animam,vnum que velle,in Chriſti corpore conflabat: ita & extincta cupiditate habẽdi:omnia ad corporis neceſſitatem,vitam que pertinẽtia,inter eos communia faciebat.Et vt digna, diuini amoris excellentia:in eis radicem miſerat: ita & hæc, illos, tam mutuæ dilectionis paritate,quam comite temporaliũ bonorũ communitate, & publico vſu,in vnum ligabat.

¶Et ſi ad patrimonij venditionem,

aut volũtariæ inopiæ profeſſionem, cogitur nemo, in earum tamen rerũ voluntaria perpetratione, mẽtiri, dolos confingere, tentare que ſpiritum ſanctum, quilibet edicto prohibetur.

Caput.xiij.

ET quamquam eos, quiquia ſe ipſos, quidẽ nouerant: qui ſuæ cupidi ſalutis, vt prioris vitæ acta linquerẽt: cõtubernio, ac deuotiõi fideliũ, ſeſe adalligare ſtudebant: patrimonia ſua vẽdere: omniq; ſuppellectiue exuere ſe, nullius apoſtolicę pręceptiõis authoritas cogeret: nec id etiã, ipſius ſacri cõtubernij lex, & vtilis ad ſalutẽ profeſſio depoſceret: vbi tamẽ cogẽte, & ĩpellẽte neminе Chriſti amorẽ. cũctis ãtefe rebãt diuitijs: vbi exinde, ea quę poſſederant, vltro vẽdebãt: vbi deniq;, eorũ quę vẽdiderãt, pręcia, ante pedes apoſtolorũ deferebãt: tũ velut, qui iã man9, ad aratrũ miſerãt. Et agrum Chriſti, excolere cœperãt, haud licebat illis, abſque reatu, oculos, vultũq; ab aratri derectiõe, ĩ anteriora pergẽte: retrorſum flectere. Et non ab re, hi, vt initę iã tacitæ profeſſionis deſertores: vt ĩchoatæ ad Chriſti imitationẽ, ſanctiſſimę vitę limã, ac regulã infringẽtes: corã deo, rei euadebant. Immo etiã emiſſi in figura, cu-

iuſdam voti peieratores fiebant:ſi quid amo-do,timore futuræ inopiæ perculſi:ex his,qui-bus,tacite abrenũciarãt:aut ſibijpſis, aut ſuis reſeruabant.Et preſertim,ſi cũ ſolam ipſi par tem:ante maiorum oculos deferrent: totius ta men præcij integritatem,ſe offerre effutiebãt Maior eſt & propriore ſupplicio digne:publi ca ſcandali,occaſio,occulto & peculiari mẽda cio. Et ſi deus priuata & occulta punire pec-cata,interim differt attamẽ publica mala, plu rimos in ſcelus pertrahentia, celerius punit. Voti quidem,ſpecies quædã,hæc erat.licet nõ omnino exactã & firmã,diligẽdæ in poſterũ, propter deũ inopiæ,profeſſionem haberet: ſe ſe vltro,deuotioni, ac numero fidelium Chri-ſti,nihil in terra poſſidẽtis, veſtigia ſequẽtiũ, immiſcuiſſe.Quæ res faciebat, vt agros præ-dia,ac patrimonia,ſponte venundarent.Et vt omnia,quibus huic modo,adalligamur onera ab humeris ſalubriter excuterent. Quamquã id nundum publicam,vllius voti.obligationẽ haberet,quæ hominem,ſuarum rerum pręcia ſibi reſeruantem:& in occulto ſcrinio, futurę neceſſitati ea deponẽtẽ : illico reum,dignum que ſupplicio, efficere poſſet. Atuero maius quiddam fuit immiſcuiſſe ſe viuentium, in-ſtar Chriſti,ſacro fidelium hominũ ſodalitio, vendidiſſe item agellum: & præcium deniq3: ante pedes apoſtolorũ detuliſſe. Hæc enĩ tria: vt aliquo pacto voti gradus impleuerũt:ita &

iuſtiorem iram dei, in infidum & authorem
mendacij virũ concitarũt. Id quidem poſtre-
mũ,cũ perfectam iam voti ſpeciem denunciet
(quam prȩuaricari,& effictis mendaciorũ co-
lorib⁹,dehoneſtare non licuit)etiam eũ,qui vl
troneæ venditionis præciũ, ante pedes preci-
puæ apoſtolorũ columnæ, volũtarie depoſuit:
ab ea nequitia,qua mentiri non erubuit, meri
to arcere debuit. Et ad deferẽdam, ſumme to-
tius integritatem: vitandam que,confictı ad-
uerſũ deũ,mendacij fraudẽ ad alligauit.Qua-
propter tãtæ fraudis cõmẽtorẽ:velut tertio in
gradu, cõcreti & cõſumati iã voti peieratorẽ:
atq; vt illatæ ſpũiſancto iniuriæ,reũ, ac mẽda
cij plenũ:cẽſuit vindex ira,iuſto mortis ſuppli
cio dignũ.Et mox ĩ oĩm oculis,vt cæteros exẽ
plo deterreret:& vni⁹ periculo:multos ſalubri
ter erudiret,mulctauit. Et erũpẽtes,a maligni
ſuggeſtione, iniquas naſcẽtis eccleſiæ primi-
tias:a virentib⁹.& ſincere pullullantib⁹,cæte-
rorũ palmitũ nouellis ocius abſcidit.

¶Triplici gradu, voti firmitatẽ con creſcere,ꝑfici,ſtabiliri. Caput.xiiij.

QVod ſi ad ſpeculanda quidem.
paulo alti⁹ voti initia,recurre-
re nos decet: dicem⁹ quoniam
ignorat certe nemo, votũ per-
functoriã eſſe rẽ,naturali origi
ne,& exordio carẽtẽ. Nẽpe ab

humana voluntate exorientem. Quę licet ani mum, per ſolum mundanę peregrinatiōis ſtadium, diuerſa inter pericula eūtem comitetur: Et ratiōis, aduerſum ſenſuum illecebras decertantis, opitulatoria ſit: tamē hactenus, naturalium, eſt hæc res, ęmula entium: qua, non omnino leui & incōſiderata origine ſcaturit. Sed triplici: in homine gradu concreſcit, firmatur, ſtabilitur. Quod pręcedentis diſcuſſio capitis luculenter, in caſu, perfidi Ananiæ oſtendit. Nempe effeciſſe profecto, ſe fidelium contubernalem: votum ſicuti diximus, id non erat, vendidiſſe agrum, nōdum etiam, integramvoti ſpeciem obtinebat. Attuliſſe autem preciū ante pedes apoſtolorum: neceſſarios & alligatorios obſeruandę integritatis, vitādi quę mēdacij compedes, tertio demum loco, afferenti pariebat. Et quaſi ob verſutię & fraudis commentum: voti tranſgreſſorē, nō ab re, ſupplicio dignum oſtendebat, iuſte que puniebat. Quod etiam, & verba Petri, ad Ananiā declarant. Nonne inquit, ager: manens, tuus manebat? Et rurſum, venūdatus, in tua erat poteſtate? Quaſi innueret. Nec vlla, te inquam iuſſio cogebat: vt agrum venūdares. Nec vlli⁹ etiā, te legis authoritas adegit, vt venditi precium agri, huc, in publicum afferres. Et quaſi poſtea ſubinferre vellet. Quia tamen, vel proximorum imitatio, & exemplum tuorum: vel ſimplex, tuę ipſiusvoluntatis aſſenſus, perſua

ſit vt allatum illuc, venditiōis precium, expō neretur abs te, in omnium vſum: debuiſti vti que, cęterorum fidem imitari. Et viris, meliori bus te, conformis fieri. Et non tentare ſpiritū domini. Quodquidem ſcelus incurriſti; mētiē do: & ſolam partem, pro totius ſumma vendi tionis, offerēdo. Nam dum a cęteris, vnanimi ter viuētibus, te diſiūgere voluiſti, ꝑfecto eorū corda, iniquę diuiſionis iaculo, & peſſimę imi tatiōis exemplo ſauciaſti. Et ſacro eorū cœtu, te plane indignū: & ex eo, protinus ſummouē dum docuiſti. Triplici ergo liquet gradu, voti ſubſtātiā: & perfici ad cōſūmatiōis firmitatē adduci. Sodalitio, & imitatiōe fideliū: vendi tiōe patrimonij, & oblatiōe precij. Et in pri mis quidē duob⁹: horū quę diximus triū, ma net adhuc ſubdubia, varia, & incōpedita hoīs cōditio obquā nōdum, aut amara peccati lues impigitur: aut formidabilior ſupplicij irroga tio, trāſgreſſori debetur. Tertius vero primum gradus, ſolidū voti robur cōflat: i eo: qui & ſe, & ſua omnia ſpiritui ſancto, per ſanctorū mi niſtrorū manus offert. Hic enim gradus velut iam pariēs, perficienſque auxiliares voti ſup petias: in hūc, qui illas temere, ac ſtolide: in an tiqua relapſ⁹ vitia refregerit: iuſta ira excāde ſcit. Et peccati pōdus, illi impigit. & ſupplicij infligēdi minas, cœlitus intentat. quas ſupre mi fati dies: ſingulorū, iuxta acta, & merita cō penſatrix: ſit exolutura. Decet enim quemli

bet. Haud immemorem eſſe Huius cautionis. Ne cito quid voue, ſi voueris, cito redde. vt ſit quidem quiſque lentus, in voto ineundo: pręceps & feſtinus, in reddendo. Cui etiam, hæc verba ſapientis aſtipulantur. Fili mi. Si quid voueris, ne moreris reddere, melius eſt enim non vouere, quam poſt vota, retractare, hoc enim eloquium: eum qui vouit: plane, voti debitorem oſtendit.

¶ Quemlibet emiſſi & profeſſi peieratorem voti, haud abſimilē eſſe, mēdaci Ananię Et eius rei, quā deo offert, precij partem, clanculū proprię aut vtilitati, aut voluptati reſeruare.

Caput. xv.

QVisquis itaque, venditis poſſeſſionibus, & agris: eorū precium, aut pauperibus erogat, aut in communem piorum fideliū vſum, ſponte exponit: is quidem vltro, ad pedes domini accedit. Et in volūtatę, propter deū, inopię nuditatē, in perpetuę caſtimonię mūdiciā & in obedientię ſalutaris humilitatē ſe offert. Et is quidē hęc faciēs, a peritorum ſculptorū peritia: vt ile exemplum adſumit. dum quo altius, & euidentius, diuinam in ſeipſo, exprimere conatur effigiem: ſuperflua queq;, & impe

dimenta, ab inconſummati & informi homi-
nis trunco, reſecat, aufert, ac demit. Et vt in do
minicam caulam, a mundo: cui vale dicit, ſecu
rius ſe recipiat: formis volũtarij voti clauſtris,
propriæ rationis decorem comminuit. Et ad-
uerſum titillantium a longe viciorum tintina
bula, aures prouide obſtruit, & lubricãtes ocu-
los tegit. Qui ſi poſtea, priores, quas euomuit,
ſolutioris vitę illecebras, denuo amplexus fue
rit: & ſceleſto actu, e voti compedibus exceſſe-
rit: is proculdubio, & piaculum committit.
Et perfido ac mẽdaci Ananiæ: precij partem
indigne ſuffuranti: haud abſimilis euadit. Et
merito tranſgreſſor, & voluntarij voti peiera-
tor fit, dum partem quidem precij, ſibimet ip
ſe in illicitæ voluptatis, percolenda, qua ſe ſa-
lubri conſilio, abdicatit illecebra, clanculum re
ſeruat. Hinc, non ab re, huiuſmodi vir: vt fur,
vt mendax, & fraudulentus in conſpectu do-
mini, ſingula hominum acta diſcutiẽtis, repe-
tundarum arguetur. Dominici enim agri vo-
merem mouiſſe. Sementem feciſſe. Et poſtea,
vel iactum ſemẽ pedibus proculcare: vel ziza-
nia ſuperferere, nullã que meſſem facere: aut
factam exurere: nõ caret peccati ſpecie. Iſque
qui hæc facit: vt ſuę fœlicitati ĩuidens: dignus
in ſupremæ vindictæ vltione, apparebit: qui
etiam nouiſſimum quadrãtem exoluat. Et qui
in oculis tantæ maieſtatis, nihil non videnti-
bus, ad ſiniſtram, cum hedis ſegregetur: hanc

ex ore domini ſententiam auditurus. Mittite eum in tenebras exteriores. His quidẽ qui hu iuſmodi ſint,quos titillantes illecebre, mundi vomitum reſumere compellunt:id ſapiẽtis elo quiũ veriſſime alludit:ve his,qui deſeruerunt vias domini:& qui tranſgrediuntur a iuſtitia, ad iniquitatem. Et quid facient,cum iſpicere cœperit dominus.Scriptum eſt enim.Non co ronabitur,niſi qui perſeuerauerit vſque in fi=nem,& hic ſaluus erit.

¶Comparatio voti ad virtutes. Caput.xvi.

ET quia memores ſumus,nos iam voluntarij voti firmitatem,mate rialibus ędificijs:caſtris ſeptis,ac munimẽtis,rite cõtuliſſe:vti mu=ris,moenibuſue ciuitatis:etiã de=cet nunc,vt parem prorſus imaterialium aedi ficiorum analogiam ſtruamus. quę diſcere vo lentem,amplius iuuet.Muri & moenia ciuita tis,vnanimi prorſus,& incoacta ciuium volũ tate:in eorum, non ſeruitutem aut violentam libertatis oppugnationem,verum in defenſio nem,protectionem & ſalutem: & vt rem patẽ tius exprimam,in veram libertatis libertatem extrui,& erigi,ab eis iubẽtur Et per hęc,docui mus votum,non inuolũtariam in homine,ſe=dem habere.Sed eſſe accidens,libere volunta=tis,Quamobrem,op⁹ etiam modo fuerit: nos

pari quidem, immo etiã preſtãtiore lõge ana-
logia,ac ſimilitudine iuuari, quo ipſius quoq;
firmũ,ac ſtabile,voti propugnaculũ, pluribus
de cauſis,noſcamus & eſſe volũtarium:& ma-
gnũ,homini,cõferre preſidiũ. Nam ſi imma-
terialiũ pariter ędificiorum, vti moraliũ virtu
tũ ſtatuminibus molẽ & flexibilẽ ab initio,a-
nimi plantulã ſtabilientibus,votũ cõtulerim9
ęquã aliquo pacto,illius ſtaterã faciemus,Sed
tamen imprimis diſtinguendũ eſt, ipſum pre
clarum genus virtutum, per quod animus,be-
ne, fœliciter que ſe,& in ſeipſo & in corpore
habet.Et cuius ope,ab vniuerſis(quenam ſint
& quã clare in animi thalamo lucentia, virtu-
tum funalia agnoſcẽtib9) iudicatur penes ſin
cerę ratiõis oculũ,ſtare & cõſiſtere,hominis i-
periũ. Gęnera quidẽ & vtiliſſimas ꝓpagines
virtutũ:larga, habundans & ꝓflua,naturę do
natio primogenij muneris libertate,vacuis a-
nimi penatibus, minime ĩfudit. Naſcitur enĩ
animus,his vacuus. qui poſtea ſe nudũ agno-
ſcens:ęqui & honeſti amator, varij exercitij,
operoſa quidẽ, attamẽ nobili & ingenua villi
catione:ſe his virtutibus imbuit, ſuaque cella-
ria,eis adornat.Hic enĩ liberi arbitrij volũtate
inſigni vtiq; naturę dote, ac munere decorus
eſt,Quo,dum a ſiniſtra.& dextera parte,circũ
ſtãtiũ ſe malorũ,pudibundos auertit oculos:it
rectus ĩ ipſum mediũ, fluxaſq;,ac ſparſas, per
mũdũ,ſuę peregrinatiõis habenas: ratiõis di-

ctamini obtēperādo,a laterib⁹ auertit. Sic nō modo,vtiliſſimarū virtutū ſeminib⁹,vacua & īfœcūda pri⁹,ſua viſcera irrigat,īpregnat que ſed & iacta in ſe, earū ſeminaria nō negligit, Immo reſiduā manū,cœpto operi, apponere nō deſinit:quo ad,virtutū germina,ī ſulcis irrigui & vberioris ſoli, cœlitus pluētia & ꝓcul a via,a petra,& a ſpinis excerpta:vſq; i pręcelſa cacumina, īexpugnabiliū habituū, per diligētiā ſolertis,vt dixim⁹ īgenuęq; villicatiōis extēdat.Nā vt ſuperfluū ꝑfecto, & irriti laboris eſt:aratrum vſquequaq; mouiſſe,& manus mox ab eo,priuſquā ad vltimi ſulci limitē perueniatur amouere:ita & is plane operā perdit qui animi ſitiētis vterū,ſeminib⁹ ſacrarū imbui poſtulat virtutū:niſi ea,ī ſeipſum,diuinitus īmiſſa,totis deinceps viribus, elaboret perduci,ad ſolidi & perfecti ędificij complemētū Et enim quid iuuat,cœptum a fundamētis & parietibus, inchoaſſe ędificium : ſi deinceps, tecti conſumatio, ſpretui & contemptui dedatur?Nam venti,nubes,& pluuię:vicinā,facilē que cōminantur,huiuſmodi cœpto operi ruinā. Ita igitur fiet,vt precurrētia ī animo virtutū veſtigia:ſi mox neglectui habeātur, bullę ſint,& velut nebulę,a calore ſolis euanidę: niſi frequēti exercitio, in habitū vſq; eāt. qui pertinacius,& ꝓfundi⁹īhęrens:nō facile amoueri,& obliterari ſe patiatur.Quid eni diſpoſitio,ad virtutē:niſi leuis habitus,ī vultu nitē

tis ſpeculi: qui de facili obliteretur, vaneſcat, intereat. Hæc tamen affectio, ſi ab animi ſolertia, crebriuſcule iterata profundam, radicem miſerit: & perfectum in numerum excreuerit: in habitum haud dubie tranſibit, qui ſitu, obliuione & aduerſantium rerum pugna ſolidiorem ſe geret. Vnicus enim actus, diſpoſitionem parit virtutis. frequens autem actio, habitum illius, altius inſculpit, ac gignit. Deus, vnitatem numerorum radicem, abſque numero non fecit. Sit perperam agit anim9: qui in ſe fundamenta iaciens virtutum: operis deinceps ad culmen perducēdi, non meminit: vel ſi quidem meminerit: negligentius tamen ea in re, ſe gerit. Commune inter dialecticos eſt: ex tantum vno, non claudi ſyllogiſmum, Sic in morum, & virtutum ad ſequendarum ratione: infirma eſt, & per debilis monas, in opere. Potentior autem lōge numerus: quę eſt reſumptio. & frequētia monadis: ad perfectū ducēs id, qđ prępuia diſpoſitio monadis, īchoarit.

Analogia, excolendi virtutibus animi, ad periti ortollani ſolertiam. Caput. xvii.

NEceſſe autem eſt animum, a natura, virtutib9 vacuum: cum primum in earum adeptionem, torpentes e ſinu manu exerit: & ad ſtatum perfectionis, totis virib9

cata verbi tui memoria. Qui in poſtrema noſtra collocutione, cum Samarobrinę eſſemus: dixeris te, non modicū voluptatis reportaſſe, electione dialogorū meorū. De trinitate quos annos ante duodenos, aſſenſiano pręlo, in lucem dedi. Ob hanc igitur cauſā, citaui te, huic quidem libro, patronum, qui coniecter, nonni hil forte, oblectatiunculę, ex iſtius, ſicuti & ex dialogorum lectione, tibi affuturum. A dieci & poſt hūc, etiam opuſculum aliud, de indifferentia oratiōis. In quo, ſurculum ſiniſtrę opinionis, recens erga orationis dexteritatem, emanātis: breui ſarculo reuello. Nihil autem, in vtroque, moueare: ab ſermōe exilitate. Nā vtrumque quidem opuſculū, in cauſam, & exhortationem cudi, cuiuſdam viri amici: & de moribus, & de habitu religioſi. qui petijt, vt quam facili poſſem, ſtilo: ſeruata rei grauitate hæc, de voto & oratione ſcriberem vt igitur, gererem deſiderio illius, potiuſquam meę con ſuetudini morem: properiore quam ſoleo, calamo cucurri. Et vt decuit, oculum quidē mentis, plus in ſententi js, vtili ſucco grauidandis: minus in polienda ſermonis cuticula artani & fixi. Vale Nonioduni, Calendis Aprilis.

M. D. XXIX.

Dos pręclara homīs, qua, libera facta volūtas
Illius eſt proprio, qua, ſtat in arbitrio
Non fatum, non ſyderis horoſcopus illi
Vultibus, infert vim, conſilium quę rapit
Tolle age conſilium, hūc, fato, vel ſydere cogi
Dic mox non Hominem, conficis ex homine

Ergo hō,liber aget,quę vult:vel non hō fieti
Sponte ſua ſi ſe,ad cuncta mouere neges
Velle hominis cogūt,nequaquā fata, vel aſtra
Liber quiſquis vult ergo vouere poteſt
Sed ſupra vires,vota eſſe,redarguit hoſtis:
Cum valeat carnem,nemo domare ſuam
Iam miſer auſculta, quę primo,verba parēti
Mox poſt peccatum,protulit ore deus
Sub te erit,incētrix caro:tu dominaberis eius
In que tua,carnis,ſunt data frena,manu
Ergo voue,ſi vis,ſatis ad tua vota,nec impar
Nam deſyderio,maior es,ipſe tuo
Munus eni ratiōis,adeſt tibi,menſque ſerena
Cedet viribus his,inclyta palma tibi
In ſcelus,it nemo inuitus,nec cogitur vllus
In vitium labi: vincere velle,ſat eſt
Ardua non igitur victoria:ſola voluntas:
Libera,cum belli,ſe petit eſſe ducem
Si quis ſe vinci ſinet:Huius inertia,cauſa eſt
Non deus,aut fatum,ſydereuſue glomus.

¶Reuerēdo in Chriſto patri & Domino.D.Martino Aſſet monaſterij Diui Vedaſti Attrebatē. Antiſtiti Digniſſimo.Paris Taphęꝰ vtramq; cum omni obſeruātia fœlicitatem.

QVod mihi in votis ſummopere fuit (Digniſſime Antiſtes)nō modo intermittere diu. ſed etiā abrumpere, abijcereq; hactenus coegit ægritu-

do:Opto enim(id tamen vetat pudor optim⁹ innocētie cuſtos,Qui immodicus,vt cēſet Plato obſtypefacit igenij vigorē)calamo, defixis in terrā oculis tuā ipſi⁹ſalutare maieſtatē,etiā ſi mihi ſtati prę metu ſingultātia iterruptaq; verba excidāt:aut Ligua timore balbutiat:velim certe(modo nobis obuias vlnas, mitēq; & facilē vultū oſtēderis) ꝓ virili tuā plane regiā prędicare munificētiā:quod mihi(fateor) nō minus foret difficile quā difficillimū: voluiſſe tñ(vt Plinius ſentit)abūde,pulchrū: qñquidē bñficijs me deuictiorē efficis, ꝗ vt vel verbis gratiā habere nō poſſim: verū(vt ait ille)non auro,nec argēto,ſed animo dūtaxat gratitudo prętatur, aīo.Auſpice Ieſu.conabor aſſequi, quod re Munificētiſs Paſtor)penes me nō eſt His de cauſſis inſolētiā cōualeſcentiæ noſtræ (quā deſyderabā ſitiētiſſimevt tibi aſſurgerē) ſublimitas tua oī ꝓcul oblegata ſeuerirate ferat oportet: quippe hec nouata valetudo tātā cauſſam miniſtrauit:Difficile eſt ſilere quō doleas vere quidē.M.Tullius:At longe difficillimū nō loqui quom lętitia geſtias.Quis eī nō aliqñ vel ipſo ſēſu didicit:ꝗ ſit arduū īgēs animi vulnus ſilētio premere?At nos ꝓfecto hodierna docuit ſanitas impēdio difficili⁹eſſe(de vita prope deſperarāt medici) Immodico īperare gaudio: pręſertī quod īpatiētib votis hoc dulcius cōtigit,quo ſerius: īde nullus oīno fuit læticiæ modus vocē hāc cohibēdi,certe tuā illā paternitatē diu inſalutatā reliquere nō potui: quom tu verus ſtudij Pr̄ me ac literatos plures

ſemper amore āplexat⁹ ſis.foueas.pecunia do nis īterdū ſuperuacaneis Iuueris: ſimul eos a ni,ac iniuria defēderis:quod tibi peculiare eſt & genuinū,mō eos nō īertia,aut deſidia emas cuiſſet cōſtet:Proīde hūc Carolū bouillū theo logū(oīm pace dixerī)numeris.finıbuſq3 abſo lutiſs, nobilitatis nō deſpiciēdę,vırū acris īge nij:multęq3 in litteris induſtrię,latinæ linguę diligētiſs,grece nō incurioſū nō proſā cōdere abſurdū,nō carmē.cui⁹dicta doctiſs,facta ſcio (literis quę ſua eſt comitas ſepicule me īuiſit) Humaniſs eſſe teſtanť:Probabis(ni fallor)hoc tēpori cōgruū argumētū,ſunt,ſunt, prope nu mero īcōprehēſibiles qui totā decēnē cucullā abijcıūt & a recto tramite iactāticuli ad volu ptatē (que malorū æſca dıcitur) deficiūt,id in ore hñtes frequēti⁹(vbi eis affines occubuere tū inde pinguıor accreuit ꝓuentus)me inuitū parētes vouere cōpulerūt, Voui,aiūt, vt mihi ſtomachari,& ſuccēſere,ceſſarēt cognati:nunc ſūmi Pōtificis diplomate ab hoc capiſtratę ſer uitutis iugo liberor: tū laque⁹ cōteritur,ſe libe ros putāt: timēdum ne ſemel emiſſi voti īfra ctionē dilator De⁹vlciſcatur:Q3 ſit difficilis& auguſta huius Voti & Liberi Arbitrij maieſtas dıci nequit:Nullū eni eſt argumētū,Vnde na tæ ſint plures,aut operoſiores queſtiones,aut in quo ſudatū ſıt vehemētius ab eximijs inge nijs,deniq3 in quo tractādo magis variet īter pretes:quod ego ſane nō illorū tarditati,vel ī peritię,ſed vel varie cōtētiōi, vel rerū difficul tati tribuēdū cēſeo:mortaliū pleroſq3 ſibi hac

anhelat:peritum imitari ortolanum. Videam9 ergo imprimis,quid periti ortolani induſtria: in excolenda arbore faciat, vt ex ea, conſecuturam ſe ſperet,nōmodo fructum. Sed & ſpacioſam preſtoletur,a ſublimium ramorum comis vmbram. Homini,ab ęſtibus protegendo vtilem & frugi futurā. Expeti enim ab arbore,nonmodo ſolent folia,flores, & fructus immo & amoena etiam vmbra lętum, in ortulo ſomnum,capere volentibus, neceſſaria. Deſideratur itaque in arbore, ad id officij iuſta & oportuna magnitudo. cui conſequendę,ocul9 cauet ortolani: ne ab inferiore ſtipitis parte, aut certe ab imis radicib9:inanis & indecora, officiētium virgultorum, & ſuperfluorum geniminum.in latera eruptio fiat. Quę vel arborem,in rectum,ire prepediant vel ſpecioſę illius magnitudini,perficiendę obſint. Quapropter adnaſcentes ab imo ſtolones,diligenti ſecuricula,ortolanus emundat. Nec ſinit antea, illos in brachia,& in comas luxuriantium vndecūque ramuſculorum ſeſe exporrigere: quo adexcultę arbuſculę robur:cum,obduruerit,tū in rectum ierit,& in iuſtam arboris magnitudinem profecerit. Adeptis enim ī arbore, his tribus:robore,rectitudine,& iuſta ac peruenuſta arboris magnitudine:tum & decora arbor exurget:& plurimis, vtilis rebus fiet. Ac tum quidem primum,ſecurum erit. illam extra ſe, ſciſſo cortice eruptionem facere, ſuęque inte-

rioris fœcunditatis vim,extrinſecus ꝓpalare. Ideſt ſublimium ramorũ comas,late per ſphę ram extendere.Atque in eis:flores:folia,& fructus parturire. quę nec a pretereũtium animalium dentibus collanientur. Nec a furaciũ hominum,manibus depredentur. Alioquin inutilis & caſſa domino ſuo,erit arbor:quę per incuriam ortolani creſcens in obliquum: humiles ramorum comas:& pretereuntium animalium,& hominum predę,nimium vicinas flexerit.Aut que,ante adeptam iuſtę magnitudinis proceritatem: aut ante ſolidi & inflexibilis roboris firmitatem:arcanam ſuę fœcunditatis,& vitalis ſucci vim:extrorſus fuderit, Excolitur enim diligenti cura,arbor: non vt beſtijs frutificet. Non vt pretereuntium furum, voluptatem alat. Sed vt domino ortuli,ĩ quo, altas radices miſerit: trinum prouentum foliorum,florum,& fructũ vberior exoluat. Illiuſq; & impenſas,& ortolani labores compẽſet. Et iocundam,ſomnum ſub ſe caperevolentibus, vmbram paret.Pręmiſimus hanc arboris analogiam:dinoſcẽdę animi perfectioni, permultum accommodam. modo norit quis, ſingula inuicem conferre:& reſpondentium partium, confuſionemvitare,Ortulus enim,eſt corpus. Arbor,animus: qui intra corporis ſepta clauſus, miram intra ſe, fœcunditatis vim habet. Sed tamen eam fœcunditatis:vim propalare. & extra ſe fundere inhibetur : quoad latas in

corpore,radices miſerit.Quoad ſtipes illiꝰ, obduruerit.Et tum vna,in rectum,& ĩ altũ proficiens:ſublimes ramorum comas dederit.ferendo longe a terra fructui idoneas: tãto quidem ſecuriori,quanto elatiori.Comæ,& ramuſculi, ſunt vires animi,fructus,ſunt virtutes.Plantaria & virgulta a radice, aut ab ima ſtipitis parte,in latus adnaſcentia:ſunt pullullantia,debilis adhuc & precocis ſucci vicia. quæ perfectioni,ac decori animi.tanto plus officiunt: quanto plura ſunt. Et quæ omni ſolertia, ac peruigili oculo,ab eo ſunt reſecanda:qui animi ſui perfectionem,optat ad conſummationis adducére culmẽ. In quo,ſoli deo,ortuli domino: non inſidiantium dæmonum beſtijs, expectatum ftuctum reddat. Nec cultoris quidem ſui,fallat ſpẽ.Nec deglutiat ĩtra ſe,illiꝰ laborẽ.

❡ De neceſſitate virtutum , in trina perfectione hominis, ſecundum ſubſtantiam Quantitatem,& Qualitatem. Caput.xviij.

EXpedit vero iã, vt a premiſſæ analogiæ iuuamine, tranſeamus ad aliud. Occurrit enim hic, rudis, & ſtolida quorundam hæſitatio.& ex hæſitatione,oboriẽs percõtatio.quidnã animus,rite ab authore cõditꝰ,idigeat virtute

quam non alio mercetur pręcio: quam ſuo ipſius labore, & exercitio. Non enim, ſicut hui⁹ mundi opes, vęneũt nummis virtutis: quę ſolertia. & ſedulitate ſola, emũtur. Ergo eiuſmodi dubio, obuiam eũdum illico eſt. Vt pote natiuam animi nuditatem, & vtilium virtutum inopiam: vel neganti, vel non ſatis agnoſcenti. Et quod quidem, ſi ſtaret: plurimum animi militię obeſſet. dum animum, in certamen, aduerſum vitia, nuſquã hilarem & alacrem efficeret. Immo vero illum, velut totius hoſtilitatis formidine carentem: vt ve omnino ſecurũ, & honeſtę, aduerſum vicia, paleſtrę expertem intra ſe ipſum deſidia, ac ſocordia marcere ſineret. Diſcat igitur, cum ridiculus percõtator: tum in virtutũ neceſſitate ambiguus: tres eſſe perficiendi, gradus hominis: ſubſtantiã, quantitatem, & qualitatem. Et rerum quidem naturam: vel ſi mauis, ſummum omnium artificẽ deum: meminerit, homini ipſi, ſuppetere & adeſſe, in munere, ac originali dono, humanæ ſubſtantię, Tempus poſtea, adeſſe illi, in perficienda, corporis quantitate, vel magnitudine. Arbitrium denique voluntatis: ſuppetere eidem, in ad ſequenda reſidua claritudine virtutis. Hęc ergo tria deus. tempus, volũtas: hominem, e nihilo quidem ortum, & ab ĩitio nudũ: ad hominis apicẽ ducunt. Deus in vtero matris: naſcituri membra hominis compingit. Illi etenim, ea dat, quę ad hominis ſunt, ſubſtan

tiã neceſſaria: dũ & corporis, & animi habitũ, ei cõfert. Tẽpꝰ natũ ex vtero matris hominẽ, infãtẽ quidẽ, & iuſta hoĩs magnitudine, ac robore carẽtẽ, excipit. Atq; illi ſeſũ, virilẽ & quãtitatẽ & fortitudinẽ tribuit. Supereſt ergo poſteaquã deus & tps: in hoie egere: & munera, cũ ſubſtãtię, tũ iuſtę quãtitatis, in eo peperere vt liberũ prorſus volũtatis arbitriũ, deſudet in adſequẽdis opibus virtutũ, quę tertiũ illiꝰ gradũ: & dignũ apicẽ perficiãt. Sic quidẽ fiet: vt iterrogãti de hoĩe, hęc tria: quid, quãtũ, quale nõ deſit vſquã, qḋ reſpõdeatur. Ad quid enĩ, hõ. Ad quãtũ, vir: Ad quale, ſapiẽs. Quid enĩ, ſubſtãtiã petit hoĩs: & opꝰ naturę. Quãtũ, magnitudinẽ poſtulat illius. & tpis opus. Quale, ſapiẽtiã inquirit, & opꝰ volũtatis. Infanti natura quidẽ affuit ſola, viro, ætate maturo, natura & tempus, aſtitere. Sapientem: natura, tempus, & voluntas, libere ſe agens: ad cõſummationis culmen, per ſapiẽtię lumen adduxere.

¶ Differẽtia triũ hoĩs munerũ, ſubſtãtię, Quãtitatis, & Qualitatis a tribus cauſis emanãtiũ. Caput. xix.

Dignũ igitur, aĩaduertere eſt: quã ſit luculẽta, & honorifica, ĩ hoĩe, differẽtia horũ triũ munerũ: ſubſtãtiæ, quãtitatꝫ, & Qualitatꝫ: tribꝰ de cauſis emanãtiũ. Nã certiſſima & prima, hũanæ ſubſtãtiæ cauſa, deꝰ eſt: quę nũquã fallit. Tẽpꝰ quoque, id qḋ in ſe eſt, agit, Sola volũtas, arbi-

trio ſe monēs: varia eſt. Et īterdū negligēs, in ſe ipſa, aut marcet, aut it ī vicia, aut ſuæ auida ſalutis, ꝑfert i ſe, ſacrarū virtutū genimia. Natura & tēpꝰ, ſupra hoīs vires agūt: & ī poteſtate illiꝰ, nō ſunt. Sola volūtas: ī poteſtate illius eſt, & ſecūdū hoīs vires agit. Natura & tēpus, fideles ſunt: & quę ſui ſūt muneris, reddūt. Volūtas, plęrūque īfidelis eſt: & ī ꝓprio opere reproba, & īminuta ſępiꝰ fit. In poteſtate hoīs nō eſt: vt hō, non fiat. qui cōſilio, & volūtate dei, hō fit: & ſubſtātiā hoīs, neſciꝰ accipit. In poteſtate etiā ipſiꝰ nō ē, vt natꝰ, nō demū vir fiat: & ī virilē ætatē nō adoleat. quē ex vtero matris natū: etiā iuitū, & renuētē: tēpꝰ, de īfāte, in virū cōmutat: & e viro, ꝓuehit vſqꝫ tandē in ſeniū: & vſque demū ī mortis flectit occaſū. In poteſtate tn̄ hoīs eſt: vt nō virtutibꝰ inſidet, nec ſapiētiæ culmē, ſibi paret. Aduerſatur nihilo, & nō enti: ſubſtātia hoīs qua, per naturæ munus adepta: hō ex nō ente, fit ens. Aduerſat̄ īfirmitati, & ībecillitati ætatis: quātitas illiꝰ & adulta corpis magnitudo. qua, ꝑ tēpꝰ acquiſita: hō ſēſim, ex īfāte, puero, adoleſcēte, iuuene, fit vir. Depugnāt poſtremo, aduerſū vicia igenuę, & nobiliſſimę qualitates virtutū quibꝰ adeptis: nihil ī hoīe, ſupereſt faciūdū, vt qui, ꝑ earū opulētiā, & triplici gradu hō: & numeri ſui, itegra adeptiōe, beatꝰ fit Nā & ſubſtātia, & quātitate, & qualitate hō euadit. Subſtātia quidē ꝑ naturā, quātitate, ꝑ tēpꝰ. qualitate virtutis, adepta, ꝑ motū libere volūtatis. Hæc

ergo quę retulimꝰ,ſat reor erũt aggreſti dubie tati,& iperitę pcõtatiõi diluẽdę.Hęſitãti & iterrogãti:quidnã ſit neceſſaria virtꝰ, pficiẽdo hoi.Ob ei ſolã ſubſtãtiã,& quãtitatẽ: quæ ſũt prępuia naturæ,& tpis munera: quã precor hõ laudẽ,corã deo ibit.Cũ eiuſmodi dona,neſciꝰ nil de ſe agẽs & pene iuitꝰ accipiat:nõ ſua prece,aut prætio.Supremũ dũtaxat, nobiliſſimæ qualitatis,& ſapiẽtiæ plaudamentũ:qđ ſua ſibi manu,& ſedulitate parat:hominem efficit. laude dignũ:& terna hois appellatiõe:nõ vtique fallaci,Sed rei ipſi ideſt ſubſtãtiæ, quãtitati,& qualitati, & reſpõdente inſignem.

¶De duplici genere virtutum,Moralium ſcilicet & intellectualium, ad quarum nundinas hominem,natura properare iuſſerit.

Caput.xx.

VBi edocta eſt,virtꝰ:nõ inanis,nec modicæ vtilitatis eſſe. Sed pluri mũ perficiẽdo aio, pdeſſe:cũ ſupremũ animi, cõpleat culmen:iã de illiꝰ eſt diſpartitiõe agẽdũ.Dicimus igitur, duplex quidẽ eſſe,genus virtutũ,Et ab vtroq; genere,naturę puidẽtiã abſtinuiſſe, ideſt nec alterũ,aio(quẽ ab initio,hiſce opibus vacuũ liquit)cõtuliſſe.vt quę ſanxerit,ſicuti iã prædiximus.Hoiem, tãquã libero pollẽtẽ arbitrio: qđ ratiõis moderamini ſubmiſit:nulla alia vi, quã a ſeipſo,ad adipiſcẽdas virtutũ opes,agi debere.Voluit eni eũ,qui neq; ob munus ſuæ ſubſtãtię:neq; ob domũ naturę quãtitatꝫ,Di-

gnus eſt laude, aut pręmio: ꝑ adeptionē quali tatis. i. ſacræ virtutis: quã labore, & exercitio quęſierit: iuitari debere, ad palmã. Et ob quæ ſiti a ſe muneris viaticũ dici oportere beatũ, qui a præuia ſubſtãtiæ & quãtitatis dona: nihil hñs a ſepſo, poſſedit ſoli⁹ naturæ, & tp̄is talētũ. In quo cēſuit author, illi ꝓpria ſolertia negociãdũ: ob faciũdũ vberioris fœnoris, laude & præmio dign i lucrũ. Sed vñ quæſo emerget, iſtud ĩ hoĩe lucrũ ꝑ qđ hõ, a natura inops cõparare iubetur. Dupliciũ gazas virtutũ: nõ alia mercede, & ope, quã cõſilio ſuo, & libere ſe mouente arbitrio? Diximus iã naturã affuiſſe hoĩ, in munere ſubſtãtię. Tēpus vero, illi aſtitiſſe: ĩ adſequendo iuſtę magnitudinis dono. Et nec naturã, nec tēpus, ĩ adipiſcēdis opibus virtutũ (quę qualē & pfectũ hoĩem faciũt) ſedulas illi, & officioſas, adhibuiſſe manus. Sed relictũ illũ, in manu cõſilij ſui, vt qui primũ, ꝑ naturã, eſt hõ: qui poſtea per tēpus, vir euaſit: tãdē per ſeipſũ, euadat qualis & ſapiēs. Atqui quãquã & natura & tēpus: ĩ negociatiõe virtutum videãtur hoĩem liquiſſe ſolũ: & retraxiſſe manus: ab illi⁹ adiutorio: nõ tamē ſic illũ deſeruerũt: vt reliquerit oĩno pupillũ & orphanũ: expertē toti⁹, cõſilij & opis Cũ natura: illi⁹ oculis: mũdũ obtulerit ſpeculãdũ. Tum etiã: tēporis ſpacium ſenſim & ex varia mũdi ſpeculatione: in eo perficiat exoptatum ſapientiæ faſtigium. Vſquequaque enim illi: natura & tēpus affuerunt, vt prorſus nihil iurgij: & iuſte

querimonię:in vtriuſque cauſę prouidētiam, & ſuorum numerum impartitionem,homini, relictum ſit.

¶Cur Simonides poeta, tempus ſa pientiſſimum, dixerit eſſe.

Caput.xxi.

ET certe,ob hanc cauſam. Simonides poeta ,dixiſſe memoratur,aduerſum pithagoricum Paronem: tempus eſſe ſapiētiſſimum. vt in quo,homo, naturalis ignorantię tenebras excutiens:omnia diſcat, & lumen ſapientię adquirat.Expreſſit natura,nuditatem animi in nuditate corporis. Solus e cunctis animantibꝰ homo:corpore nudus naſcitur,nec teſtaceis cruſtis,nec ſquāmis, nec plumis, nec vellere tectus,Qui etiā & animo nudus,ac vacuus,nullū prę ſe ferens habitum virtutis,exoritur.Sed ſicut natura & tempus, haud defuere nuditati, humani corporis:ita nec defuerūt nuditati,& originali inopię animi. Eget corpus:ſolido & materiali domicilio, ab imbribꝰ & ventis protegi.Eget etiam & molli veſtimēto,cominus a frigoribus defendi. In vtroque horum,natura affuit eidem. Non ꝙ vtiqꝫ illi, ſua manu,aut domicilium extruxerit: aut veſtimētum adſuerit. Sed quia vtriuſque rei materiam:ligna,lapides,lanam & linum,illi, prouida obtulerit,Artem vero,qua,vtrumque cu

ius idigus eſt, rite conficiat: in illius ingenio, & arbitrio liquit. Quanta ergo eſt naturæ, circa corporis ſalutem, prouidẽtia: tanta eſt & illius, erga vacui animi eruditionem, plenitudinem & ſalutem, induſtria, & cura. Nullum genus artis, ſcientię, aut virtutis: ipſa ſuis mani bus, in animi laquearibus inſculpit. Sed dum latiſſimi ſpeculationem mũdi, illius oculo pręſentauit: nihil que rerum, quibuſuis illius ſenſib⁹ denegauit: tum viam illi, vt qua ſe velit, arte & ſcientia imbuat, aperuit. Haud ergo hominem, ſollicita & prouida illius cura, in adſe quẽda virtute deſeruit: aut vt orphanũ, prorſus abiecit, cui neceſſaria cuncta, tã ad corpus, quam ad animum abunde impartiuit. Et ad duplicium virtutum nundinas: illum, ſuoipſius conſilio, & opere faciũdas, inuitauit. Sed iam de duplici humanarum virtutum genere, peculiarior faciunda mẽſio eſt, vt poſt hãc euagationem virtutum, in quam, longe a cœptis, progreſſi ſumus: vbi edocuerimus, virtutes quidem in loris, animum cõtinere: & a malis, illum arcere: etiam monſtremus illas, haud obeſſe, humanæ libertati. Sed opẽ afferre, ſeruandæ animi integritati, tandem quæ ab illis, in analogiam voti relabemur, quod quidẽ inſtar virtutum, voluntariam in animo originẽ habet, nec tamẽ illũ conijcit ĩ ſeruitẽ. Cũ curet in eo, ſaluum fieri, egregium bonitatis ſpecimen, & veræ libertatis tueatur honorem,

¶A duplici humanę ſubſtantię portione, duplex genus virtutũ emergere, has, vt corporis domitrices, illas, vt animi illuſtratorias.

Caput.xxij.

DIcendum iam fuerit, poſt oſtenſam virtutis, cũ neceſſitatem, tum dignitatem: vnde duplex emergat genus illius. Nõ enim longe a nobis: id quod diſquirimus eſt, ſed in oculorum pro patulo, atque in ipſo limine, & veſtibulo: fores pulſare volentibus, ſe offert. Libremus enĩ, verſemuſq;, pręſenti cogitatiõe, vel ſolã humanã ſubſtãtiã. Et cõtinuo, ex duplici parte illius: duplex nobis emergit virtutũ genus. Quoddã quidẽ, quod animo, nõ propter ſe, ſed in obtinendo corporis imperio, ac moderamine, opẽ affert, quod habenas corporis, in mediũ callẽ dirigẽdi ſtrigit eaſq; deponit, ĩ manu potioris & pręſidẽtis animi. Iſtud quidẽ genꝰ, ab aſſuefaciũdo corpore, cũ ĩ mores, tum in obſequiũ animi: moraliũ virtutum appellatur. Eſt enim corpus, vt animi equus. Animus, vt aſſeſſor corporis, vt ergo animus, in corporis ſolio, ſedeat ſecurus: vt quiete, & pace fruatur: nec illiꝰ vtili obſequio defraudetur: morales id virtutes preſtant, quę corporis

libidines detergunt.Et violentis frœnis,illius feritatem,in latera facile deuiam cohibent. Aliud autem eſt genus virtutum,longe pręclarius.quodquidem actionem in caſtigāda efferа corporis intemperie & in corrigendis affectibus illi9,nullā habet.Sed cui9 finis,& actio omnis:intantum excellit modullum corporis: quantum non prodit, extra animi gremium. ſed ſe continet intra illius armarium.Hę quidem virtutes:ſunt ſcientię,artes,ac diſciplinę pertinentes ad animi illuſtrationem: & conſiciendum in eo,ſapientię culmen. Digniores quidē cæteris,& conſuetudinarijs,iſtę ſunt,in quantum animus,ſupra corpus inualeſcit: & ſe illico longe digniorem oſtendit.Morales etenim opes,animi oculum humilem faciunt, quem flectunt ī corporis aſpectum. Supremę autem & potiſſimę virtutes: quas docti,a circulo intelligentię,intellectuales dicūt: tanquā mentis illuſtratorias: animum in ſe erigūt. & in ſuaipſius arce,illum ſiſtunt, nec īclinari in ima ſinunt.Sed tamen in iſtis accidit virtutibus:quod & in cunctis,fieri videmus,rerū ordinibus.ſcilicet vt hę quidem, quibus minor nobilitas conceditur:ſint & neceſſitate,& temporis acquiſitiōe poſtremę. Sicut enim nauigaturus in mari, prius vtique neceſſarijs,nauim armamentis inſtruit: quam aut dignis,illam mercibus impleat:aut quam,ſe ipſe temere periculoſis ęquoribus immittat. Sic neceſſa

ria animo, in corpore per hunc mundum nauigaturo:cumprimis ſūt,moralium virtutum armamenta,prȩque omnibus a viro,ſuæ ſalutis percupido,emutuāda. Deinde dignis mercibus comparandis,& illuſtribus gemmis:quibus,interiores animi depellantur tenebræ: eſt altiore cura inuigilandum. Sed vbi iam:cum, per animi & corporis diſpartitionē : tum per ſimilitudinem nautarum,innotuit duplex genus virtutum,& id inſuper quod prȩſtantius eſt,minus eſſe ad ſalutem neceſſarium:& rurſum acquiſitione poſtremum: non etiā in trāſitu:fuerit omittēdum: virtutum quidem moralium genus:quod corpus, ſub animi moderamine regit:eſſe quoque non ſimplex,ſed aliquo pacto diſtinctum ternario. Cuius de multiplicitate,modo dicturi,per ocium ſumus.

¶De quatuor gradibus, in diſtictione omnium virtutum vtilibus, Animo, Corpore, domo, Mundo.

Caput.xxiij.

MOralium genus virtutum: cui, id nominis, amore, & conſuetudine obuenit: & quod imperio animi,corpus ſubdit: haud omnino ſimplex eſt. Immo vero totuplex, quotquot ſunt ea, quæ ſubſunt animo. Quȩ quidē,ſi quis,noſſe

voluerit:intueatur:ac numeret ea,quę ſub'ani
mo,varios gradus efficiũt: quibus anim⁹ prę
eſt:quo,in homine,altius nihil eſt.Et vt patẽ
tius,cuncta ea noſcat: quatuor tã in homine:
quã extra hominem,gradus conficiat. Et vbi
inſtar elementorũ mundi:quadruplicitatẽ gra
duum,in homine,vel ſub homine conflauerit
offendet mox quadruplex genus virtutũ,qui-
bus,animus,tam in ſe,quam extra ſe,bene ſe
habere diſcit.Diſtinguemus igitur, conflabi-
muſque hos gradus quatuor:ab incolatu & in
tuitione animi,prouenientes.Summum cum
primis gradum:in ipſa conficiemus, animi re
gia. In qua animus degit:& ſe quoque ipſum
parto & adepto lumine inſpicit,ac nouit. Se-
cundum,in corpore gradũ librabimus,in quo
animus,vt in mundanę peregrinatiõis vehi-
culo ſedet.Tertiũ,a materiali domo, mutuabi
mus gradũ.quę,eo ſe habet, ad hominẽ, mo-
do:quo corpus,ad animũ.Prꝫter id, quod cor-
pus cũ animo,vnũ efficit.Domus autẽ,prorſ⁹
ſeiuncta & ſeparata ab homĩe:vnũ cũ illo,ens
nõ cõflat.Poſtremus quẽ diſquirimus grad⁹:
ciuitas eſt,in cuius ãbitu,& domus, & corpus,
& animus ſepiuntur.Et ſi ciuitatem,vel vrbẽ
renuit quis,hos inter gradus accerſere:eius lo
co,vniuerſum inſpectet mũdũ, quę eſt poſtre
ma,& latiſſima animi, nec non totius homi-
nis manſio.Prꝫcontanti igitur, vbinã ſit ani-
mus:reſpondendũ in corpore,Vbi corpus,vel

homo:in domo,vbi domus,in vrbe,vel ĩ mun do,quę cũ ſit ſuprema animi manſio:de hac, nil inquirimus amplius,& nullum vbi ſit,per contamur.Cum in ea,noſter ſenſus, ſuam me- tam,ſuęque diffuſionis orizontẽ inueniat:nec vlterius aliquid videat.

¶Quadruplex in homine modera- tio,ſecundum totuplicia virtutum ge nera. Caput.xxiiij.

PRiſci igitur philoſophi,ĩ his quidem quatuor gradibus, ſicut diuerſa animi regimia in uenere:ita & varia in eis vir- tutũ genera locauere. Omne quidem moderamen eſt ani- mi regimẽ: & nobilis quędã illius pręfectura.Sed alia ſeipſum,animus vir tute regit:alia,corpus ſibi ſubdit. Alia domui ſuę,neceſſaria ꝓuidet,domeſticã que familiã, ſibi vni,obtẽperare iubet. Et alia demũ virtu te,extra domũ, iter cõciues bene, comiter que ſe habet.Quadruplicẽ igitur rẽ: vel priuatam vel publicã:in animo,vel ĩ homine reperim⁹ Priuatã quidẽ moderationẽ, animi in ſe. Et animi in corpore.Publicam ideſt ſubditę mul titudini imperantẽ:hominis in domo. Et ho- minis,in ciuitate,vel in mundo.Omne nam- que ſub cœlis ĩperium,atque dominiũ: vnius eſt ſolus animi principatus, qui varijs quidẽ

virtutibus,ac legibus, diuerſa,ſibi ſubdita,ſe-
cum ipſo moderetur. His etenim virtutibus,
quas ab apice intelligentiæ,intellectuales nũ-
cupari diximus: animus ſibi ipſi aſtat. In ſeip
ſo ſedet. Seipſũ,ſuaſque ipſe vires & agnoſcit
& intra ſe exercet. Et quecunque intra ſe agit
omnia,in authoris dei noticiam,& cõtempla-
tionem conuertit. Cuius effigiem,quam in ſe-
ipſo reperit: veneratur,& admiratur. Deſcen-
dens vero a ſua arce,animus: atque in vicinũ
labens ſubditi corporis orbem: hunc iam alijs
quam ſeipſum,virtutib⁹ regit,mouet, ſibique
parere iubet. His inquam,quas morales vocãt
Cuiuſmodi ſunt continẽtia,Et cõſtantia: quæ
ſunt omnium moralium virtutum initia. Du-
plex item temperantia,guſtus & tactus. A qui
bus,vt tam in neceſſariæ nutritiõis, quam in
generatiõis actu mediocriter corpus ſe gerat:
illius fera & irrationalis appetẽtia cohibetur.
Et quia animus, cum corpore,naturali foede-
re nupſit: & cum illo ,hominem componit: &
ad hominis cuſtodiam, neceſſaria domus eſt:
cuius habitator,homo eſt: iam ſpectemus ipſi,
non animum ſolum: ſed hominem totũ, alijs
virtutibus,regere domum, & ſubditæ præeſſe
familię. Hanc enim hominis,in domo mode-
rationem: & neceſſariorum bonorum, vnicui-
que filiorum,aut famulorum diſpenſationem
docti economiam dixere, quæ domeſticam,cũ
opulentiam: tum quietem parat. Poſtremo,ho

mo: extra domum, inter conciues, aliis virtuti b⁹, bene ſe habet, vti comitate, liberalitate, magnificentia. iuſtitia, quæ quidem, haud tã, ad domeſticam rem, quam ad ciuilem pertinent honeſtatem. Confecimus itaque virtutum gradus quatuor, ĩ quibus ſenſim, ab vnitate, ĩ maiorem labimur numerum. Cum ſit maior: vnitas animi, quam corporis. Maior corporis vnitas, quam domeſticæ familiæ. Et maior, domeſticę familię monas, quam vnanimitas ciuiũ, publicis & perarduis legibus adminiſtrãda. Et ſicut ab animo deſcenſus fit, per media vſque in mundũ: ita & reflexio ſcanſionis, fit a mundo, per eadem media, vſque in animum. Et ab animo deinceps: ſed ignotis mundo legibus: vſque in deum, ſupremam metam omnium contemplationum: nobilis ſcanſio, hominem euehit, illum que, ſupra ſe effectum, ſuo fini iungit.

¶ Omnem inferiorem animi moderationem, in ſuperiorem ſcandere. Et practicam vitam, contemplatrici deſeruire, Caput. xxv.

COnfecta eſt in animo, penes quẽ, omne mundi huius imperiũ manet: quadruplex moderatio, quam totuplicia virtutum comitãtur genera. Atque hę quidem, quibus bene in ſeip-

ſo,ſe habet animus virtutes, illiꝰ illuſtrationē molientes,ſoli contēplationi inſeruiunt.Quę dū extra limitē,& gremiū animi, non exeunt & nil prorſus extrinſecus agūt:in praxim, ne quaquam deſcendunt,ſed in ſupernū lumen, ſe erigunt.Circa has autem virtutes: quibꝰ in animi obſequiū,corpus fidis loris aſtringitur: docti ethologiā, ideſt morū expreſſionē, quā aliter ethicā dicunt, conflauere. In his vero, quibus ab homine moderanda domus eſt, & gubernanda familia,economiam docti ſtruxere.Ob poſtremas denique virtutes:quibus ciuilis moderatio,publicis legibus adminiſtratur.Polyticā diſciplinam conflauere: a ciuitate,nomen habentem. Sed emergenti cuidam dubio,protinus eſt occurrendum. Dicet enim quidem,cum plublicus omnium ordo, ſit potius,ab imis in ſumma erigi, quam deprimi, a ſummus,in ima.Et publicum bonum,priuato bono,melius & honorificentius ſit. Cur ciuilis moderatio, quę infima eſt, omniū optima eſt?Et moderatio domus,melior, moderatione corporis ſolius.Quamobrem &virtutes corporis:viderētur eodē iure,meliores eſſe virtutibus animi?Et tandē praxis,contēplatione honorificentior,& melior? Ad hęc dicendum publicū quidē bonū,haud dubie,priuato melius & pręſtantius eſſe bono.Cū addubitet nemo,bonū plurimū, eligibiliꝰ eſſe,bono vnius, aut pauciorū, Attamen cū difficile ſit,ſemper

in publico cōſiſtere. Hinc a publico, redeūdū
eſt,in priuatā rem,vti e foro,reuertēdū in do=
mū.Et e domeſtica adminiſtratiōe,redeundū
cuique eſt,in priuatā corporis ſui curā.Et e cu
ra demū corporis, ſcandendum in arcem, ſui
cuiuſque animi. In quo,fit quidem,ſingularis
conſiſtentia,& iugis perſeuerentia omnium,
Nam & publici ciuitatum vrbiumq; muri:ad
quid,niſi ob priuatarū domorū ſecuritatem,
& hoſtiū imunitatem iubentur erigi?Domus
quoque nonne ſoli corporum incolumitati de
ſeruiunt?Et cura quoque corporis, nūquid in
tutelā,& cuſtodiā animi ſcandit,& illi ſoli ſer=
uit?Quamobrē & inferior omnis moderatio,
in ſuperiorem ſe erigit.Et praxis,in contēpla
tionis finem ſcandit.

¶ Olim complures ,a praxi,in con= templationem, cum vitam , tum ſtu= dia ſua reflexiſſe. Caput.xxvj.

HVnc moderationē ordinē: cla=
riſſimi oli, publicarū rerum &
vrbiū adminiſtratores, ſerua=
uere,qui poſt diu & fœliciter
actam in re publica vt in vr=
bium & regionum admini=
ſtratione vitam: relictis tan=
dem vrbibus,in agros ſeceſſare. Et ex practi=
ca vita, contemplatiuam amplexati ſunt vi=
tā, In qua dum aut mundi contemplationi,

aut priuatę lectionis ſtudio,ſe dedere:reſiduos
moroſę ſenectę annos:ī placida quiete,& ocio
tranſegere.Prouidebant quidem a lōge hi,re=
rum omnium finem, ſtare & conſiſtere in ſu=
blimi fonte:ideſt in moderatiōe & noticia a=
nimi, vnde lux omnis, & reliquę totius mo=
deratiōis,vis exoritur.Vnde fit,vt ſicut nume
rus quidem omnis,reuoluitur ī monadem: ita
& publica cuncta negocia,redeant in priuatā
rem. Itur in forum,vt peractis negocijs,& em
ptis,ad vitam neceſſarijs:redeatur in domum
Bella palam,& extra patriam ſuſcipiuntur: vt
cum,publicę:tū,priuatę quieti,& paci ſtudea=
tur,qua adepta, in vrbem reuertens, quiſque
ſuam:domique cōſiſtens:& corpori & animo
peculiarius indulget. Sic ab imo.in ſummum:
ſcandit quilibet.Et ab his, quę extra hominē
ſunt:in intima hominis penetralia,ideſt in ex
colendam animi aulā,ſe quiſque tandē refert
Et poſt exactos,omniū inferiorū moderatio=
nū labores, ſibi ſoli vacat. Et in exculta,a pul
chrificātib⁹,ītellectualiū virtutū gemmis,ſuę
mentis regia: ſupremam ſibi ſedē, manſionē
& quietē parat.Vnde fit vt ſolitariā vitā: non
ab re docti,omni alij vitę prętulerint:& nobi
litatis,dignitatiſque palmam, illi, velut mūdi
victrici annuerint, vt que,a multitudine,reſi=
lit in monadē.Et quę dū animū,ab vrbe, do=
mo,& multiplici corporis cura:in ſui ſolius,cō
templationem reuocat:quāto minus illi incu=

tit oneris,tanto plus eidē tribuit honoris. Cū in ſeipſo ſolo,illū: pedem figere immobilē iu bet. Et in verę ſapientiæ thalamo: tam lętos, quam perēnes & indeſituros choros agere: in poſterū illi prouidet.

Humanę ſpei ſecuritatem,reponē dam eſſe in virtutibus animi,potiuſ= quam in his bonis, quę vrbi,quę do= mui, & quę corpori famulantur.

Caput.xxvij

I Am longe euagati ſumus:qui e duplici virtutū genere,ī qua druplicem animi moderatio= nem venimus,cuius quidē du plex in homine manet & alia duplex, extra hominem exer= cetur.Etenim tam ciuitas,quam domus: ſicut extra hominem ſunt:ita & earum moderatio, brachia extra hominem mouet.Et ſcientię pa riter virtuteſque,quibus hęc gemina modera= tio diſcitur & impletur: vt quam politicam & economicam dicūt: minus plane,ad hominē pertinent,& maiorem etiā praxim:longioriſ= que ac debilioris protenſionis operationē ha bent.Aſt corpus,& animus: cum ſpectent, ad integritatem & ſubſtantiam hominis: ideo & ſcientię,arteſque quibus harum hominis par= tium,moderationes diſcuntur: vt ethica & ſa=

pientia,nec minus virtutes, quibus hę,ad perfectum ducũtur: maximopere homini proprię ſunt. Et tam equidem breuiore, quã permanẽtiore radio: in actum, & operationem deſcendũt. Animus, potiſſima hominis pars eſt, qua quidem abſque, homo, homo, non eſt. Corpus pars ſecũda illius eſt, quę & intra illius ſubſtãtiam, cum cadat: facit, vt abſque, corpore, homo non viuat, qui tamẽ & abſque vrbe, & abſque domo, & eſt quidem homo, & viuere poteſt vt homo. Huius enim rei experiẽtiam, docet ſolitarię perfectio, vitę: vrbiũ & altarũ domorum contẽptrix. Et quanto aliquid ab animo, ſemotius eſt: tanto & illud, vt minus pertinens, ad hominẽ, ſeparabilius eſt ab homine. Plura etenim impedimẽta, ĩter ciuitatẽ & hominem intercidunt: quã inter domũ & hominem. Et rurſum amplior hoſtilitas, ĩter hominem & domum, plurium perturbationũ nebulas affert: quã inter corpus & animũ cadãt. Et rurſum ſeparabile quidem eſt corpus, ab animo, cõpluribusde cauſis. Id que per mortẽ accidit. Cũ tamẽ dimoueri & abiũgi nequeat animus, a ſeipſo. Vbi ergo plura impedimẽta contingũt, & perturbationũ media, ibi arduã magis eſt, parta ſeruare bona. Et pluribus, vt id fiat, opus eſt virtutibus. Funiculus longior, breuiore, facilius rumpitur. Hoſtes quidem, & mors, ciuitatẽ, domũ & corpus aufferunt, quæ tamen animum, aufferre, & a ſeipſo illum diui

dere,eiuſque immortalem nodum ſoluere,& infringere nequeunt.

¶Exemplum ad gradus virtutum, a patiētia Iob in varia afflictione ipſius.

Caput.xxviii.

DEus patientiam Iob probaturus primum quidem aduerſario,poteſtatem dedit, tantū in bonis illius, vt illa perderet. In illius attamen corpore, nullam vim illi conceſſit.Cum dixit, Ecce inquit omnia quę habet,in manu tua ſunt,veruntamen corpus illius ſerua.Poſtea vero, cum nuſquam illius animus amiſſorum dolore bonorum frangeretur,nec a ſeipſo excideret,rurſum petenti aduerſario,annuit deus,& in corpore etiam illius,ſemendi poteſtatem. Animam tamen illius,tangi omnino venit.Quod cum perfeciſſet aduerſarius & totis vlceribus,illius corpus afflixiſſet:ita vt iacens in ſterquilinio, teſta rederet ſanien. Et nihilominus, illius animus, in ſuo robore cōſiſteret:nec a ſua ſe depelli cōſtātia pateretur: motus patiētia illius deus,&

corpus illius priſtinę incolumitati reddidit. Et tã in bonis, quã in liberis: omnia illi, in duplũ plura, quã prius habuerat, reddidit. In myſteriũ, & animi imortalitatẽ: & corporis reſurrectionẽ, mundi que inſtaurationẽ, plane nobis inſinuat, docet que etiã, ſpẽ nullã, i his eſſe bonis reponendã: quę extra animũ ſunt, quę interim aduerſario, aufferenda conceduntur. Et quę quidẽ ſi aduerſarius nequaquã abſtulerit: mors tamen, ſupremo fato mentabilis adimit Bias philoſophus, ſeptenorũ gręcię ſapientũ vnus: is, qui fugiens, dixit, omnia mea, mecũ porto: cũ Prienẽ, eius vrbẽ, hoſtes dirriperẽt: nullã ſe: i exteriore ſuppellectuli ſpẽ poſuiſſe, ſatis edocuit, oſtendens quidem meliora, quę mundus neſciret, bona, ſe in animo cõdita habere, quę ipſe abſcedẽs, ſecũ & ſolicitudine & ſarcinę onerę vacuus aſportaret. Anaxarcus, altiorẽ Biante, ſpei ſcopum, ſe habere mõſtrauit. Cũ nonmodo domeſticã ſuppellectilẽ, patriamque deſeruit: ſed & corpus quod a Nicocreonte cypri tyrãno tundebatur: vſque a deo ſpretui habuit: vt his etiã verbis, illi in tormẽtis inſultarit. Tunde inquit miſer, tunde: non enim Anaxarcũ, ſed Anaxarci tundis vaſculũ Is ĩ ſola animi regia: precioſis, digniſque virtutũ margaritis decorata: quã tyrannus. nec excruciare, nec partis mercibus ſpoliare valuit: ſe vt decuit, conſiſtere: ſpẽque omnẽ ſuã reponere, perdocuit Cũ nil omnino, preter animũ, nõ

ſit in manu hoſtiũ. Et ſi quis, quid prẹter animum, dixerit ſuum: vix liceat illi, vicinũ euadere: & ſecuro vado pertranſire, ſuẹ infœlicis & miſerẹ ſpei naufragium.

¶ Omnia, quẹ a nobis, hoc in mundo aguntur, in vnius potiſſimum, animi, ſalutem dirigi.

Caput. xxix.

Manifeſtũ, ex his quẹ diximus eſt: quam ſecur⁹ ab imis ſit, in ſuperiora aſcenſus, qui etiam nos docet, exteriora in interioribus: & inferiora, in ſupremis finem habere. Vti vrbem quidem, in domo: domum, in corpore. Corpus in animo, Et humanam omnẽ ſpem: deponi in eo debere: quod nec auferri queat ab homine nec vſquam in ſeipſo, vllam diuiſionem perpeti. In quo, nec fortuna, nec tyrannorũ ſẹuitia: nec mors, nec aduerſantia vlla, poteſtatem habeant: vt illud perdant, aut in nihilum ducant. Manifeſtum etiam eſt, praxim quidem omnem, & excutaneã hominis actionem: in contemplatione ſuum finem obtinere. Et practicam vitam, contemplactrici ſeruire. Practica enim vita, in triplici moderatione ſedet. In regimine ſcilicet vrbis, dom⁹, & corporis, Cõtemplatrix vita, vultum animi, & in ſeipſum

vertit: & in ſui authoris ſpeculandum indefi-ciens lumen, erigit eundē. Hę tres diſciplinę: polytica, Economica, & Etica: ad practicā per-tinēt vitam. Philoſophia autem, cum huma-na: tum tranſmundana: quę omne intellectua liū virtutum, artiū, & ſcientiarū genus cōpre-hendit: contemplatrici vitæ deſeruit. Hęc qui dem ęternum, & ſtabilem habet finem. Illius vero temporarius, & perfunctorius finis eſt. Eodē quippe ſemper, ſe modo habent, ea, quę propter ſe: digna ſunt, ſcitu, āmiratione & cō-templatione ſui. Et quæ intra latēt, thalamos animi. Ea vero, quæ extra hominem, ſunt: vt quæ, in vrbe aguntur: quæ ad domū, & ad cor-poris neceſſaria attinent: deſiturum finem ha bent: nec in eodē ſemper modo ſtant.

Inductio ad robur pręcedentium.

Caput. xxx.

I enim hoſtilis timor nullus, nos augeret: vt quid, vrbis mœ nijs, ac prævalidis turribus, nocturniſue excubijs, opus eſ-ſet. Si quieta eſſet, ſi pacata & corporalibus amica hui⁹ mū danæ, in qua viuimus, aure intemperies: qualis, paradiſi aura, futura eſt: haudquaquam altis in domibus, corpora ab

ęſtu,imbre,vento,& frigore,protegenda abde remus. Et vix quidem veſte illa:(niſi pudici ruboris verecundia,id fieri exigeret) contege remus. Si abeſſet a nobis, inopiæ & indigentiæ formido:nulli etiam vſui veniret,ſed prorſus caſſa eſſet: ſollicita negociatio. Sublata etiam corporeę infirmitatis,& egrimoniæ formidine : ſuperfluit illico vſus medicinæ. Vbi nullus non bonus eſt: Vbi nemo, aliena, aut concupiſcit,aut rapit : profecto accurata ſuorum bonorum cuſtodia, & vel bellica vel forenſis defenſio,perpera fit. Et mox etiam vrbium leges,oratoriæ declamationes: & extenta militum manus,legibus opem ferens:ad nihil vtiles ſunt. Si irrationalis appetitus, nulla,aduerſum rationalem appetentiam, libidine ferueſceret : nec aliquid pugnæ, illi excitaret: profecto temperantia (quam iſtiuſmodi ſuccidendæ libidinis gratia : hominis adquirit ſolertia)actum iam ſuum remitteret : & ſolitum vſum, in ſoporem verteret. Et alia huiuſmodi complura:quæ hoc in mundo,ſaluandi cauſa animi aguntur a nobis:in futurę beatitudinis ſæculo,prorſus vſum ſuum, & actionem itermittent. Quia venturi fœlicitas ęui, omnino eorum,futura eſt expers malorũ : ob quæ ſalubriter deuitanda:neceſſitas adigit:vt plurima ad pręſens,dantaxat perfunctorie,& in huius peregrinationis tẽpore,ſuſcipiantur agẽda,Eleęmoſinę peregrinatiões, vota abſti

nentię ieiunia latebrę ſolitudines,cilicia,Hęc quidem opera,vt quę cohibitioni irrationalium deſyderiorum ſeruiunt: in futuro ſęculo nihil erunt. In quo,edomita erit,& vnanimꝰ duorum,pręſens pugna appetituum. In quo nullus inops,& egenus:palpabit proximi ſui oſtium.Nec ad ea,quę ipſi deſunt, a ditioribꝰ expetenda,patulas, quęrulus,expandet volas manuum.Et cum hęc omnia, quę nunc diximus:non alij ſeruiant negocio,quam cohibēdo irrationali deſyderio huius vero deſyderij cohibitio,nanciſcendis vtilibus,ad ſalutē virtutibus,ſuam militiam & nobilem paleſtram impendat. Adeptio autem virtutum:non aliū præ ſe finem habeat:quā animi ſalutē. Hinc eiꝰ cuiuſlibet rei,quę ab homīe,in pręſentiarum agitur,finis eſt vnus, animi noſtri ſalus. Cui quidem.cum annexa ſit,& corporis reparatio,& hominis reſurrectio:& noui mūdi inſtauratio.Hinc liquet & ſatis in propatulo eſt: quam fœlix ſit futurus, pręſentis militiæ triūphus, & quam ingentem propoſitam habeat ſpem: quicquid hoc in mundo, belle, & boni conſulentes egerimus. De hominū ergo actionibus:hactenus euagati,tanta diximus : vt & multiplex,virtutū genus noſceremus. Et tandem etiam,in eam quam ſuſcepimus,voti rationem,diſcutiendam relaberemur.

¶Salutem animi. haud eſſe ſolam,

ipſius immortalitatem. Sed immortalis ſubſtantię beatitudinem, qua is qui perennis eſt, bene quoque, & fœliciter, ſe habiturus eſt.

Caput.xxxj.

Dicendum adhuc, de humanis eſt virtutibus & operibus nō nihil. Cur tot quidem virtutū genera: vota, & opera proſint vt ex eis ſaluum cupiam⁹, fieri animum, eripiamuſque illum (quę potiſſima & precipua noſtrę ſubſtātię pars eſt) de pręſentis mundi naufragio: & imminente periculo. Nam ſi animus quidem ipſe, immortalis eſt, & diuiſionis, corruptioniſque neſcius: ſi illū: a ſuoipſius eſſe, depellere nil poteſt: ſi nil valet illū, a naturali ſubſtātia exuere: quam ab ſua traxit origine: quęnā eſt illi⁹ periclitatio, & naufraga demerſio. Et quęnam etiam, alia ipſius eſt ſalus, præter iugem illius, in eſſe permanentiam, & incorruptibilē ſubſtātiam. Ob cuius quidem ſalutis adeptionem: ſit tot curis, & vigilijs, tot virtutū generibus, tot votis & operibus, roboranda & ſuffulcienda titubantis alioquin animi arundo ne vel rupta, in terram cadat, vel in nihilum, vel in mortem, aut corruptionem eat. Qui tamen nec in mortem, nec in nihilū, vnquam iturus

eſt. Sed in ſede, & ſtabilitate, adeptę per naturam ſubſtantiæ, ſemper idem futurus, & eodẽ modo habiturus. Pereunt quidem extera queque hominis bona. Perit enim vrbs, cuius integritas, facile, vel ciuili diſcordia frãgitur, vel hoſtilitate, æqualis ſolo, muris diſſoluitur perit & domus: quæ vetuſtate: aut alia ex cauſa collabens: it in ruinam. Et in primam recidit, ſui fundamenti areã. Corpus quoque interit: nec animo ſemper adeſt, id, quod morte extabeſcit. Animi autem, a ſeipſo nodum, nil frangit. Vnum quidem id verum eſt: quoniã ſi cõtulerimus animum deo: mox is in nihilum, diuina virtute, ire poteſt, quem eadem dei virt⁹, de nihilo, extraxit ad eſſe. Attamen ſecluſa a nobis, diuinæ virtutis immenſitate, nulla demum ſupereſt naturæ virtus, tantæ potentiæ: quæ animo, queat aut mortem, aut eſſendi priuationem inferre. Si quis ergo, has aduerſum nos, inſtantias mouerit: non aliud is, efflagitare videtur: quam quæ ſit animi ſalus: an ſola illius, in incorruptibilis, & prorſus immortalis eſſentiæ nodo, perſeuerantia, aut an aliud quicquam. Ideſt, an ſaluum eſſe: ſit duntaxat immortale eſſe, vel an, cum ipſo immortalitatis munere: ſit iſuper bene, fœliciterque ſe habere, Et quod ſit, iſtud bene, ac fœliciter ſe habere. Vt igitur hæc, paucis diſcutiamus, noſcẽda eſt, totius mali origo, fuiſſe prima, a ſummo authore diuiſio: quæ ĩ his creaturis, quas,

ex qua vis occaſiōe,perruptus vnionis,& pacis nodus,ab authore vitæ, & ſubſtantiæ fonte diuiſit,& primum mali germen peperit, & exinde totius ſalutis,intulit detrimentum.Diuiſio a bono: malum facit. Diuiſio tamen ab ente:haud illico,ex ente, nō ens facit. Sed ea, quæ a ſummo ente, voluntarie ſe ſequeſtrauere:illius quidē bonitate in ſuæ ſubſtantiæ gradu,fixa retinentur.Et nec in mortē nec in nihilum ibunt,vt in eis,diuinæ iuſtitię brachiū, ſe venturus in ſeclis extendat. Haud eſt igitur ſufficiens,ad rationem ſalutis, ſola conſolidatio ſubſtantiæ,vel ſola natura immortalitatis. Sed addenda etiā eſt,incorruptibilis & indelebilis entis:cum ſummo authore: cū lucis & bonitatis fonte perennis vnio, pax & amicitia. Et huius quidē ſacræ amicitiæ adeptioni: plꝰ prodeſt,ipſius ſummi entis, & ſūmi boni gratia:quā tantæ obtinendæ rei, inſufficiens noſtrarū virtutū,votorū,& operū fiducia,Dęmonū genus,corruptiōis & mortis neſciū eſt.Qđ licet,in integritate ſuę ſubſtantię,fixū ſit: volūtatis tñ nequicia,a ſūmi boni pace excidit. Et quia ī ea,quā ſibi ꝓpria nequicia parauit, diuiſiōe,hactenꝰperſeuerat:ideo ſalutē nō habet & ad btitudinē,rediuinū nō ē. Hūani porro animi,a deo,diuiſio:medelā īuenit, non ex ſuę volūtatis,quę cecidit delectu:neqꝫ ex operū ſuorū abūdātia.Sed ex bōitate dei,quę prę cluſas ꝑ peccatū,ſuę btitudis valuas:illi denuo

benigne reſerauit. Et ſe etiam, illius tabernacula, quæ morte reciderunt, inſtaurāturam: ideſt immortale corpus, perennem domum: & permanentem ciuitatem, ſe reddituram promiſit.

❡ Summi authoris & bonitatem, & ſęueritatem, & in dęmonum, & ī malorum hominum ſubſtantia, illuceſcere, quos in nihilum ire, & funditus deperire non ſinit.

Caput. xxxij.

SVpra iam modum, & normam mēſuramque propoſiti noſtri, euagati ſum⁹, qui ex cura & ſolicitudine, dignoſcendarum hominis virtutum ī hęc tam alta, & ſcitu digna myſteria irrupimus. Vt & de irreparabili caſu dęmonum, obiter loqueremur. Et humanę nihilomin⁹ ſubſtantię, a deo pro lapſę reparationem, ad diuinā amicitiam noſceremus, eiuſque quinimmo futuram reſurrectionem, & venturi ſęculi beatitudinē, ex pari angurio virtutum ominaremur. Diceremuſque inſuper ad rationem ſalutis: haud ſufficere ſolam entis immortalitatem, & ſolidā ſubſtantiæ permanentiam. Cum miſerum profecto ſit, ens quidem aliquod, iugibus permāſuram ſeclis eſſe: nec naturali virtute, frangi poſſe funiculum eſſendi, quem in eo ſtrinxit

deus.Et tamen illud:varia & inſtabili eſſe voluntate, Et prorſus ab authoris ſui voluntate diſſentanea, Nec frui etiam poſſe, illius pace & amicitia:a quo, initium accepit eſſendi. Et a quo:aſſidua,perpetuę ſubſtantię renouatio: in omnia,quę illi conciliata ſunt entia,pēdet Mira profecto hinc aluceſcit,ſummi authoris & bonitas,& ſeueritas, quę radio eodem.ſe in auerſis,& ſeparatis entibus ꝓdit.Bonitas quidem:q̃ manum, non reuocat author:a larga, & munifica profuſione ſubſtantię,quam non ſolum bonis. Sed etiam ſeparatis, & diſiūctis iniqua volūtate,a ſe entibus impartit. Nec tā obſcuram molem,inter ſeipſum, & illa opponit:quominus etiam ſuū ſolem, lucere faciat, ſicut ſuper bonos,ita & ſuper etiam malos.Seueritas vero,q̃ ſequeſtrata a ſe, & īimica prorſus entia, in nihilum abire,& nil ea ipſa fieri non ſinit Sed ea ob id. in eſſe ſuo, firmiter aſtringit, vt iuxta opera,quę egere, ea puniat, Et iuſtitię ſuę brachium, in eis in poſterioribus ſęculis declaret.Et inter amicorum & inimicorum gradus entium latam tandem,lōgeque diuerſam ſtruat, iuſtę ſeparationis maceriem.Cum filij Iſrael,e deſerto, terrā promiſſionis ingreſſuri tranſirent Iordanem,diuini tus ibi facta eſt,aquarū diuiſio. Et ſiccato quidem,atque arefacto, Iordanis alueo: iferiores aquę, velut a ſuo fonte abſciſſę,vel exaruerūt, vel ccius decurrerūt in ima. Superiores autē,

ſuo ſemper fonti cohęrentes,& nouis ſemper affluentibus aquis,ſe reparantes : inſtar montis,in vna mole conſtitere.Vtile quidem id ſignum,imprę ſentiarum nobis eſt: vt creaturarum imortalium: quarundam quidem coniunctarum deo & quarundã ſeparaturum a deo, diſcerniculum noſcamus. Ingens enim, inter vtraſque creaturas, a diuina manu, firmatum chaos eſt.Abiuncta ſiquidem volũtarie,a ſuo authore entia:cũ ſeparatis, a fonte ſuo aquis, aut tandem exareſcent, aut in ima decurrent. Hæc vero entia,quæ in ſublimen authoris ſui amicitiam, & cultum, ſua verterint ſtudia: inſtar ſupernorum & viuentium aquarum: a iugi ſuæ ſubſtantię renouatione in altum montem confluent. Et in vna mole,ſub ſui fontis marginæ conſiſtent.

In incorruptibilibus & permanentibus ſubſtantijs, quenam ſit diſtinctio faciunda ſalutis.

Caput,xxxiij.

NOta igitur ex his eſt : in permanentibus,& ĩcorruptibilibus ſubſtantijs:quenam ſit:diſtinctio faciunda ſalutis.Cum nõ illico, ſat ſit,ad ſalutem,indelebilis ſubſtã-

tię:permanere ipſam in eſſe. Sed inſuper, frui illam deceat authoris ſui pace. Etenim ſicut hæc duo: ens quidem & bonum: diſtinctā habent naturam, & proprietatem rationum, ita & eſſe, & bene eſſe: naturam diſpartiuntur, immortalium entium. Sunt quidem omnia. Bene autem ſunt, quam pauciſſima. Eſſe, ex munere naturę eſt. Bene eſſe, a ſtudio & inclinatione createę voluntatis pēdet. Et vt inter ſubſtantiam, & voluntatem: euidentior diſtinctio fiat: deus quidem noſtram, in eſſe iugi, ſubſtātiam fixit. Voluntatem autem in nobis, nec fixit, nec per ſeipſum, illam in ſolius deſyderio boni ſtabiliuit: quam, omnino liberam liquit. Et in mali, bonique biuio locauit. Quamobrem, vt iam eo redeamus, vnde digreſſi eramus omne quod hic agimus, quorſum queſo it? Omnes quas diſquirimus virtutes, vota quoque & abſtinentiæ, quibus, noſipſos, a pluribus illicitis arcemus: quem precor finem habent? Hæc vtique omnia, non id genus militię, ſua vexilla explicant: vt immortalem faciant, noſtri animi ſubſtantiam: quam pręmium. naturę munus, indelebilem nobis donauit. Sed duntaxat id vnum prouident: vt neceſſariam, inſtabili voluntati medelam parent. Vt inquam, ſtabilem illam efficiant, & authoris dei voluntati, prorſus vnanimē & concordē eſſe iubeāt. Hoc enī, cōciliandū a nobis eſt, infirmę volūtati, viribus omnibus medica

men. In cuius vniꝰ ſtabilitate:a bono, non ſe
ſeparari ac diuidi ſinente : humanā diximus,
totam conſiſtere ſalutem.

¶Licere abſque piaculo, & vrbem, & domum linquere. Corpus autem abijcere, & e corpore, ante tempus e= migrare, licitum quidem id eſſe, ſolo deſyderio, facto vero, & opere, illici= tum. Caput.xxxiiij.

CVm Paulo ante,quadruplicia diſti
ximus genera virtutū:tam,ad ne=
ceſſitatem, quam ad ſalutē,homi=
nis pertinentium.Diximus,quan
to quidem aliqua bona,longius ab animo ab=
ſunt:tanto ampliorem,in his,& diſquirendis,
& poſt parta tuendis, eſſe laborem. Et tamen
neceſſitudinē,in eis,ingruere minorem.Nam
longior funiculus,breuiore frangitur facilius.
Et plures,malorum occaſiones,in bonis,ab a=
nimo ſemotioribus,vel primo comparandis,
vel poſtea tuendis ingruunt.Plureſque pertur
bationum procellę,nos angunt:quā in bonis,
animo vicinioribus,quę quanto quidem,ſunt
animo propiora: tanto & magis, in monadis
celſitudinē,redeunt, & tā minore labore quę=
runtur,quam demum parta ſeruātur,vni,quā
multis:& paucioribus,quam pluribus,facilius
imperatur. Quēadmodū diximus, facilius eſ=

ſe imperare domui, quam vrbi. Et rurſum facilius, ſui quemlibet, corporis curam habere: quam domeſticę familię, prouidere. Et facili⁹ poſtremo, vnumquemque, in ſui animi tranquilla arce conſiſtere: quā rebelles corporis vires regere. Eaſque vni animo ſubdere. Cū autem & ciuitas quidem, & domus in quarū moderaminibus, duplicia virtutum locauimus genera, ideſt politicam & economicam: extra hominem ſubſiſtant, nec attineant quicquā, ad illius ſubſtantiam: hinc ad noſtram ſalutē, minus vtilitatis habent, hę virtutes, quibus & ciuitati & domui pręeſſe diſcimus. In quibus etiam cum longe plures, perturbationum procellę, immineanrt: licet aliūde, quam ex huiuſmodi virtutum acquiſione, hominem ſibiipſi comparare ſalutem: vti ex fuga vrbium, & domorum. Et fugere etenim vrbes atque ciuilia hominum contubernia impune licet. Nec minus & domum, & oneroſam linquere familiā, vt ampliori vacetur quieti. Effugere autē pronubi corporis viciniam, & habitationem illi⁹ linquere, in quo nos clauſit de⁹ ante ſupremā nequimus diem. Cui, etiam inuiti, & nolentes volentes que, naturali coniugio ad alligamur. Et qđ īſuper occidere: aut a nobiſipſis diſiungere īhibemur. Ne ea, quę de⁹ cōiūxit, & tēporario foedere ſociauit: illius iiuſſu ſeparemus.

Exemplū, a raptu beati pauli prę-

ſenti propoſito accommodum.
Caput.xxxv.

ET ſi corpus a nobis amouere,vel nequimus, vel inhibemur: quãto minor data nobis eſt,i animo potentia, vt ab eo ſeparemur: quo maxime,& potiſſime,ſumus. Soluere quidem poſſumus, at non debemus,animi & corporis noſtri nodũ: & e corporis gurguſtio,cũ libuerit,abſcedere. Frangere autẽ animi vinculũ:aut ex animi egredi thalamo: nec velle debemus,nec vlla etiam vi,id poſſumus,Linquere vrbem,abijcere familiam,piaculũ non eſt. Immo id quidẽ, ſi lubet licet: & non minimę etiã perfectiõis eſt, Egredi autẽ e corpore,quod animo & laborẽ, & pregrauẽ intolerabilis oneris ſarcinã affert: velle quidẽ id licet.Et ſine peccato eſt. Perficere tamẽ id, ante conſtitutam a deo diẽ:non licet,Vt quod innocuum non eſt.Etenim ſacrũ corpore emigratiõis deſyderium: beato affuit.paulo cũ in tertium vſque cœlum raptus eſt: & poſtea in ſeipſum reuerſus, dixit Infœlix ego Homo. Quis me liberabit,de corpore mortis huius? Poterat quidem,ſuis ipſe,ſe manibus,e corpore liberare,mortis huius. Et ſacrum velle ſuũ, perficere:reque ipſa,id deſyderium, quo diuinitus flagrabit, & diſſolui cupiebat implere. Sed non immemor diuinę iuſſionis:quæ ma-

nus ſibi inferri vetuit: noluit innocuum velle, in illicitum, & noxium actum deducere. Cum neque, ob vitandę aduerſitatem fortunę, aut ob propellenda animi tędia, neque ob amplioris ableq uendę perfectionis deſyderium: liceat vlli, corporis & animi ſui infringere coniugium. Et licet illicita ſit, nec innoxia, animi e corpore, ſpontanea & violenta emigratio: eius tamen emigrationis deſyderiũ: maiori a ſcripturis, àſcribitur perfectioni & laudi: quam longa & pigra, illius in corporeę manſionis amore, deſidia, quæ cum diuinarum rerum obliuioni, vicina ſit, & corporeis in delicijs naufraga: ab hoc eloquio, iure caſtigatur. Qui amat animam ſuam: in hoc mũdo, perdet eam. Ergo cum ab homine, ſuæ cupido ſalutis, & perfectionis: deſeri queat, Vrbs deſeri quoque poſſit, & domus. Et cum ctę malorum occaſiones, inde prouenientes, facile e ſola horum fuga, ſuccidi atque deuitari queant: colligimus omnino neceſſarias, ad ſalutem non eſſe virtutes: cum vrbium, tum domorum, & familiarum adminiſtratorias. At uero cum noſipſos, & vrbem, & domum, ſalutis cauſa fugientes: & corpus, & animus comitentur: quibuſcum, & corporis, & animi vicia, nos, quocunque ierimus proſequentia, altiſſime hærent: ſupereſt vt ſuprema virtutum, duo genera: Mortalium inquam, & Intellectualium: ſint potiſſi-

mum,ad hominis perfectionem, & ſalutem, expetenda.Et nō minus neceſſaria, quam ſit, & corporis,& animi,pręſens adiacētia:& ineuitabilis fuga.

Nullam prorſus eſſe hominis partem,& māſionem, non indigam virtutis,qua ſeſe,aduerſum vicia, & aduerſantia tueatur. Caput.xxxvj.

ſ

Truximus fœlicem: nobis in homine aſcenſum, quo ſenſim ab his, quę & latiora ſunt.& minus homini neceſſaria:& in quorum cuſtodia,& ſalute,amplius laboris īeſt: ad ea eleuamur: quę quia magis ſe colligunt ad monadem:minus etiam laboris, vt ea tueamur habent.Et quę omnino, quia nobiſipſis hęrent,& ad nos maxime pertinent: deſerere ipſi,& abijcere nequimus,vrbem etenim & domum,ſi amatores ſumus monadis, & ſalutis noſtrę cupidi:tandem deſerimus.Et moleſtam huiuſmodi rerū,minus ad nos pertinentium, plenam fluctuū & perturbationū curā,ab humeris prouide excutimus. Nō autem poſſumus,vel debemꝰ: aut corpus,aut animum,noſtra voluntate linquere, & a facie viciorum,quę in rebus tantopere, ad nos pertinentibus pullullant conuolare in eremū : aut in altā penetrare ſolitudinem, In qua,& a cū

ctis ſimus vicijs immunes: & ſalutaris pugnæ ob reſecanda a nobis vicia, penitus expertes. Qui vrbem, domumque deſeruit: & ſi is, pluri mas a ſe, malorum occaſiones reſcidit: mundũ tamen a lucta & certamine, ſecurus & ĩmunis euaſit. Cum adhuc illi, quancũque ſolitudinẽ adierit reſidua ſit & comes, ſuarum ipſius par tiũ: ideſt corporis, & animi pręſẽtia, quę duæ, latiſſimam illi pugnam concitent: & inclytam victori palmam, a longe offerant. Corpus enĩ: quibus affectibus & paſſiõibus agatur: & quã tum animo, ad ſuperiora anhelanti obſit: nemo ambigit. Et eſto corpus quidem etiam ip ſum, cũ vrbe, cunque domo deſerere: aut poſſibile, aut non illicitum nobis foret, Et ſola pe nitiſſimi animi retentione, decurrere in inuiã ſolitudinem: dico quoniam, nec eo quoque mo do, nudatus exteriorũ & minus pertinẽtiũ, ad ſe rerũ curis animus: omnino ſecurus. aut perturbatione, & mali ĩcitamine, vacuus ibi ageret. Immo etiam grande illi, aduerſum ſeipſũ, certamen incũberet. Ne aut velle ſuum, ab au thoris ſui volũtate, diuidi ſineret. Aut cogitationibus, a dęmonum ludificatione immiſſis: minus quam neceſſum eſt, obſiſteret: nec valuas illis, ſat prouide occluderet. Si enĩ ſine cor pore, peccauere dęmones: & a deo diuiſi ſunt: etiã contingeret & animũ, a corpore ſemotũ, vt pote voluntate infirmũ: ire qua vis occaſione, in viciũ. Et ex vicij contagio, perpeti diu-

nę vnionis,& pacis naufragium.

¶A veterum eremitarum exēplis, nullam eſſe hominis partem,non indigam virtutis, qua, ſe tueatur. Caput.xxxvij.

ETenim,ſi in iſtiuſmodi rebus,vtēdum perūper fuerit exemplis: vt edoceamus.nullam quidē eſſe,hominis partem, non indigam virtutis:qua,ſe tueatur,qua,pullulantia in ſe,reſecet vicia:citabimus, veterum eremitarū exempla,qui ſpretis vrbibus,ac domibus:licet in altiſſimarum ſolitudinū penetrarint arenas:non tamen ibi,expertes fuere certaminis, & occultarum inſidiarum. Qui poſt etiam edomita corporis vicia: qui in vigilijs & abſtinentijs,vt libidinoſa carnis incendia, lenirent:licet duriſſimamvitam egere:mole tamen irruentium in ſe noxiarum cogitationū, non caruere, quibus tacite, & ab immiſſione clandeſtinorum dęmonū irrumpentibus:difficillimum fuit ipſis,ſuę mentis fores occludere Ergo amodo,ſat nobis ſit,edocuiſſe:omne, id quod proprium eſt hominis:ſiue equidem vrbem,ſiue domum ſiue corpus, ſiue animū:ingens,in ſui cuſtodia,propoſitum habere certamen.Cum vt ait Gregorius,aduerſarius,ea ipſa quę diligimus,auferre moliatur.Non quod

ea quidem,bona ipſe amet:ſed vt charitatem, qua deo inhęremus,in nobis feriat.Et in om=ni quoque certamine,ac nobili paleſtra:liquet neceſſariam eſſe virtutem,quã monſtrauimus eſſe totuplicem:quotquot ſunt,ea, quæ homi=nis ſunt propria. Et quia homini, iunctiora, ſunt & amplius competunt,corpus & animus quam vrbs & domus:ideo etiam clarũ eſt,ma=gis congeneas eſſe homini virtutes, eas,quæ in animi,& corporis cuſtodiam: ſuę impẽdũt militię luctamen:his geminis virtutũ generi=bus:quę inferiorũ moderaminibus, rerũ pręs=ſunt.Quamobrem nunc operep recium eſt,vt ſi modo de inferiorũ generibus virtutũ tacea=mus:de animi ſaltẽ & corporis virtutibus,pau lo latior a nobis,ſermo fiat. Cum ĩ alterutrius harum virtutum,aut adeptionem,aut ſupple=mentum:ſit expetibile:ab infirmis voluntati=bus,voti pręſidium.

¶Comparatio moralium, & intelle ctualium virtutũ adinuicem, vt quæ quidẽ digniores, & quę vtiliores ſũt agnoſcantur. Caput.xxxviij.

CVra ſalutis,quę plurima, ab homi=ne,noxia & ſuperflua demit: quæ il lum, vrbes, domos, hominum que conſortia fugientem,in eremum,in vota,& in duras vitæ huius abſtinẽtias,angu=ſtiasq; cõpellit, Et ſi inferiora duo virtutum

genera:quibus domui,& vrbi prę ſidetur: minus neceſſaria nobis facit: Reliqua tamē duo genera,ad animū,& corpus attinentia ſeruat. Et abſque his, hominem nuſquā in orbe terrarum,tutas ab inimicorum inſidijs, latebras poſſe incolere oſtendit. Quem ſemper decet, quocunque in loco degerit:quacunque in eremo,& ſolitudine latuerit: vigilem eſſe, ſuarū ſaltem,ſubſtantialium partium,ideſt animi & corporis cuſtodem.Et iuxta propheticum eloquiū,ſupra cuſtodiam ſuam ſtare, & figere palum,ſuper munitionem. Solida quippe hominis munitio, vt prophetę verba, obiter interpretamur:eſt fida & vtiliſſima virtutū, ad noſtri cuſtodiā vtiliū adeptio. Figere autē palū, ſuper munitionem,eſt ſuper munimina virtutū,etiā voti addere prę ſidium,quo, fixus ſtet, in bono animus.Ne quando, ad contraria reſiliens & munitionem ipſe ſuam velut ſibiipſi aduerſarius diſſoluat. Et ſe in gaudiū & in prędā,peruigili hoſti faciat. Secluſis ergo inferiorum virtutum generibus: ſtemus a modo,in duplici earū genere reſiduo. Videamuſque,ex mutua ambarum appenſiōe: quodnā earum genus,ſit potiſſimū homini, ad ſalutē expetibile,& primo neceſſariū.Et in cui⁹ etiā munitiōe,& alto propugnaculo, figere debeamus firmiſſimum,& quem infringere non licet,voti palum. Intellectualium finis virtutū, eſt ſcire,aut ſapientem euadere,Moraliū finis

eſt cõtinere a malo, & fieri bonũ, In vtriſque, quędam quidem ineſt, pugnantia. In illis enĩ pugnant verum, & falſum. In iſtis, bonum & malũ. Sed tamen in illis: plus & minus, locum non habent, quę in iſtis, grande, tam aduerſũ ſe, quam aduerſum mediũ, conflant certamẽ. Is enim, qui ex demonſtratione, & rationis lumine, ſcientiam eſt adeptus trianguli: nec plꝰ quiddam, nec minus, noſſe triangulum poteſt quam iuxta dictamen, normamque rationis: quę illi ſciẽtiã, adaperuit & infudit trianguli. Idque etiam quod noſcit: vſqueadeo certum eſſe videt: vt videt: vt poſt allatũ & exhibitũ, a demonſtratione, rationis lumẽ: id indemutabile prorſus eſſe, & aliter vnquã ſe habere: nõ poſſe iudicet. At in moraliũ genere virtum vt alia vtendum lege eſt. Nam ſicut in animo, immutabilia ſunt, omnia ea: quę rationis & demõſtrationis lumine ſciuntur: ita & in ipſa, corruptibilis corporis ſubſtantia: ea quę fiunt, contingentia ſunt, & aſſiduę mutationi obnoxia.

Intellectualium virtutum genus, eſſe equidem dignius, moralium vtilius. Caput. xxxix.

Quamobrem amplior ſane, & potior moraliũ, quam intellectualiũ virtutum vtilitas, homini ad ſalutem neceſſaria incumbit. Sanꝰ vir, medico

non eget. Infirmus, ocius adhibitis medicamı nibus curandus eſt, Prȩſtabili⁹ quoque eſt, par tem hominis infirmam, & inſtabilē, ſolidare: quam ſolidȩ parti, motū neſcienti, medicami na adhibere. In vrbe ab hoſtibus circunſeſſa vtiles quidem ſunt muri: vtiles & dom⁹. Et la ta in medio foro, erigere palatia: ad vrbis dun taxat, id pertinet, decorem: non ad illius muni tionem. Habita igitur, præ oculis formidanda hoſtiū circunſeſſione: tū primo neceſſaria eſt, murorū inſtauratio, quæ vacantate ab hoſtib⁹ vrbe, & adepta in gyro pace: forte tātiſper ne gligi poteſt: quoad interiori vrbis cultui, & de cori vacetur. Nec ſecurū fuerit, vicinis adhuc hoſtibus, & ſub muro incumbentibus, muros deſerere: Et erigēdȩ in medio foro ſpeculȩ. aut adornandis domibus, inertem operam nauare Hac analogia, ad prȩſens vtimur: vt diſtinctio vtriuſque generis, neceſſariarū homini virtu tū: peramplius, nobis fiat perſpicua, Eſt enim intellectualis virtutis gemma: ad ornamentū ſpectans animi: vt ſpecioſa arx, & prominens ſpecula, in media vrbis platea. Moralis virtus, vt vrbis murus. Dignitas quidem illi, ineſt ma ior. Huic, vtilitas amplior. Nullū habet malū, intellectualis virtus: quo cum depugnet, licet falſitatis tenebras, e mētis thalamo eliminet. Etenim ſapientia, quæ finis illius eſt: prorſus imbellis eſt, quæ magna tranquillitate & ſecu ritate pollet: & in regia animi ſedet. Habet au

tē moralis virtus, aſſiduū inter cōtraria, pluris & minoris mala, certamē. Vt dū ab his, auertere ſtudet animū: illū, per mediā & ęquā, ſolius boni ſtaterā, incedere iubeat. Expedit igitur pl⁹ ad ſalutē, bonū eſſe: quā omnia ſcire. Sciūt plurima, & fere omnia dęmones: qui boni nō ſunt: & a ſalute ſua ruerunt, Quo fit vt cupidū ſalutis ſuę verum, dicamus primo debere, ad merces & nundinas moralium properare virtutū: quam geminas & gazas intellectualium virtutū, minus plane ad ſalutem vtilium: ſpretis illis, ſibi comparare.

¶ Et Socratem, & plurimos quōdā philoſophorum. ſeſe conſulto, a communi philoſophia, ad mores tranſtuliſſe, Id quę etiam retentiores, Chriſtianorum eremitarū greges feciſſe. Caput. xi.

T vt adhuc paululū, in iſtiuſmodi virtutib⁹ imoremur: dicimus vtrāque quidē, virtutū ad homīs ꝑfectionē attinere. Et vtrāq; rurſū, abſq; reliqua, poſſe ab homīe poſſideri. Vtili⁹ tñ illi eſſe, cū moralis virt⁹, illi, abſq; itellectuali affuerit: quā ſi, abſq; honeſta morū cōpoſitiōe ipſe añ tp̄s īteriori ſui animi ornamento, min⁹ plane neceſſario, ſtuduerit. Etei & murorū & domorū,

ſtructio: ad perfectionem attinet vrbis. A deo vt ſi alterutrum deſit eorũ: vix integritas ſuppleatur vrbis. Et poſſunt quidẽ ſeorſum muri, abſque domibus erigi, & domus nihilominus abſque murorum, etiam ambitu ſtrui. Securi⁹ tamen ciuibus eſt, abſque domo, verſari intra ambitũ, caulas quę murorũ: quam abſque muro, intra latitare penetralia domorũ. Perinde atque tutius, intra laternam lichnus, aut lumẽ quam extra laternam fertur, quod ſi nudũ, & laterę ambitu deſtitutum, tulerit quis: tum facillime a circunflantibus vẽtis, nitens illius flãmula euanuerit. Sic leui de cauſa, diſpereunt nudæ opes, & interiores gazę animi: abſq; circunſtantia & ope moralium virtutũ, quibus, licet practicus ſit, in corporis moderamine vſ⁹ & finis nempe inferiora proſpectans: apprime tamen hic vtilis eſt, & prioris acquiſitiõis ordine neceſſarius. Ob eam cauſam, tradũt hiſtoriæ. Socratam ſapientem, a publica mundi philoſophia, ſeſe conſulto, ad morũ philoſophiam trãſtuliſſe. Vt qui cũ rite, in ſeipſo perpendiſſet, animum, in intellectualiũ negociatione virtutum, ſpretis moribus, facile periclitari: maluit prius, infirmiori ſtabiliendę parti conſulere: & id, quod debile eſt ſolidare: quam in his, quę mutari nequeunt, & per ſe ſtabilia ſũt, minus neceſſariã nauare operũ, docuitque etiam ipſe, id a ſingulis, quod prior fecit, eſſe faciundum. Ideſt vt pręualidis & inexpugna

bilibus morum muris:prius in bono,ipſi animum ſtabiliundum curarent. Et prius tam in boni deſyderio,quam in illius opere, titubantem voluntatem ſiſterent:quam interiorẽ animi thalamum,intellectualiũ virtutum auleis, adornandum prouiderent. Id quoque etiã, in ſtar. Socratis,complures olim philoſophi fecere,& faciundum docuere. Vt qui cernebant quidem,prius neceſſarium eſſe,paſſionis ſedare corporis,& irrationalẽ appetitum: rationali ſubdere:pacem quę extrinſecus,& perturbationum vocationem, vndecũque promercari: quam illico ire,& ſecedere, ĩ penetralia animi Aut quam ibi, vbi nulla adhuc quęſita eſſet pax,& ſecuritas figere tẽtoria:& alta erigere, ad manendum tabernacula,quę(vt pote moraliũ virtutũ mœnijs deſtituta)a cõtrariorum ventorũ flamine eſſent mox,ſolo ęquanda,& in facilem ruinam itura.

¶Similitudo a filijs Iſrael,ad propoſiti analogiam conducens.

Caput,xli.

FIlij Iſrael,e Babylonę,in Hieroſolymæ ruinas regreſſi: primo quidem illius muros, deinde domos ſinguli ſuas, inſtaurare cœpere.Potiores enĩ ſunt domus,mœnijs. Sed primo vtiles muri.Et in tutelam & cuſtodiã domorũ,

prius erigendi. Corpus in vtero matris, prius perficitur:quã animus,in illo,exoriatur.Quãobrem & eo ordine,corporis quoque virtutes, ideſt paſſionũ illius ſedatrices:primo neceſſarias eſſe, diſce. Et illi⁹,quã huius, nauciſcẽdis virtutibus:hoc ſigno edoctus,prius incumbe, hoc enim cum priſco veterum philoſophorũ grege:etiam recẽs & placens deo, numeroſiſſima.Chriſtianorum eremitarum caterua,ſtuduit in ſeipſa adiplere quę vrbes,domos, hominum commercia,diuitias,& ea,quę mundi ſunt,liquit,ſeque vniuerſis corporis voluptatibus vltro abdicauit,& in altam eremum cõuolauit.Non vt illico, pręcoci pace & immatura quiete frueretur. Vel vt mox cõſiſtieret,in ipſis penetralibus animi. In quibus, ſuprẽmus eſt,& potiſſimus hoĩs finis.Sedvt foris ſtans: acre aduerſũ vicia, bellũ gereret: quo noxias corporis paſſionis euinceret.Et ſolidã,ingruẽtibus paſſionũ fluctibus, molẽ opponeret: Et ſuę demũ ipſius voluntatis,iſtabilitatẽ,in bono ſiſteret,efficeret quę illam diuinę volũtati vnanimẽ.Hęc quidẽ omnia primo vtilia ſũt, & viã parãt:qua tandẽ,poſt partẽ foris: victoriã,eatur in ipſa prędilecta animi penetralia. Et ibi immoto pede ſtetur:ĩ quibus, ſerena & inextiguibili lucens lampade, diuina effigies: immutabili, & æternæ , animi contemplationi, ſe prębeat viſendam, venerandam,ſpeculandam.

¶Prudentiam. moralium eſſe virtutum finem. Intellectuales autem virtutes. ſuam locare metam, in contemplatione, & ſapientia. Caput. xlij.

P Enetrauimus, ex omine, & occaſione virtutũ: aſcẽdẽtes, vſq; in ſupremũ hoĩs finẽ, repoſitũ in ſinibus, & penetralibus animi. In quibus diuina effigies, futurũ ppetuę cõtẽplationis obiectũ, vultui illius, & ſereno ſemper oculo lucet. Et ad cui⁹ aſpectũ, & fruitionẽ cõtẽplationis: haudquaquã aliter, quã per iferiorũ gradus virtutũ (quibus nebulę perturbationũ fugãtur: & iocũda pax animo redditur) eleuamur. Simile quidẽ id eſt: ac ſi intra ſepta vrbis, cui⁹ accolę & mũicipes ſum⁹: deuicta & ꝓpulſata infeſtorũ hoſtiũ circunſeſſiõe: tãdẽ e murorũ excubijs (quibus diu pauidi, & vigiles incubuimus) quæſita pace, in editã tãdẽ, ac triũphalẽ vrbis ipſius ſpeculã, lęti eleuemur. Ex qua, libero iã & quieto aſpectu: ſublata hoſtiũ formidine, mũdũ vndecũque ſpeculari liceat: & per eum illius cõtemplatione frui. Eſt eni animus ſublimis & prominens arx, & ſpecula mundi. In quam ſcandere. & in qua, diu cõſiſtere licet nemini: niſi ſubacta, iferiore omni hoſtilitate: lętam victorię palmã, in manu ferẽti. Et qua quidẽ partavictoria: adepta quę nobili palma: ſupereſt homi, faciũdũ nil: niſi

parta pace, & quiete, in patria fruendũ. Hunc quidem habet finem: omne certamen, earum, quas hic adipiſci nitimur virtutũ. Cum ſicut morales quidem, virtutes, finiuntur in prudẽtia: ita & intellectuales, ſuam locent metam, in ſapientia. Et haud aliter, ad ſapiẽtię columẽ, quam per breuiam prudentię praxim: via nobis & ſemita paretur. Nec enim licet, nec poſſibile eſt, virum expertem prudentiæ: euadere ſapientem. Perinde atque etiã, nec poſſile fuerit animum, abſque deferẽtis ſe corporis theca: in huius degere, mundi circunferentia. Et quia iam, in pręſenti euagatione: prouecti ſumus, vſque in ſupremam hominis finem: nec opus eſt, hoc in negocio, quo humana verſamus: nos ad altiora ſcandere: iã, vt ad inferiora mox relabamur, operepreciũ eſt, videamuſque, poſteaquam lato ſermone, de virtutũ diſtinctione egimus: quod magis homini, peregrinum & exolicum ſit: an votũ, an virtutes. Cum vtrumque, quid magis homini, peregrinum & exoticum ſit, an votum, an virtutes. Cum vtrumque quod homini alioquin nutãti, fert pręſidium: pertineat, ad ſiſtendum voluntatis arbitrium. Et an inſupervotum: ſit in hominis adiutorio locãdum: vbi infirmitatẽ ſupplet, & obſcuras paſſionũ nebulas abigit. omnemque hominis pugnã adimit: egregiũ, moralium virtutum ſupplementum: inclytumque illud, voluntatem, in bono ſiſtendi iuua-

men.De his igitur,quæ oportune ſuus locus offert,nuper dicemus.

¶Haudquaquam ob munera naturæ,Sed ob ſolius acta volũtatis, eſſe hominem,aut laude. aut vituperio dignum, Caput,xliij.

PRęmiſſum dudũ a nobis eſt: haud eſſe hominẽ,dignũ laude, aut vituperio : ob ſolius munera naturæ : vti ob ſuę ſubſtantiæ, aut quãtitatis donum. Cum nihil in his, ipſe omnino patret. Et ea quidẽ munera:nec precio,nec ſua ope,nec cõſilio ſibi vendicet, ſed neſcius,& pene inuitus:& naturæ dono,ea emutuet.Eſſe autem illum : aut laude,aut vituperio dignũ:ob ſola accidentia volũtatis,quę deinceps ipſe,ſua arte,conſilio & labore vel ignauia ſibi quęſierit: vti ob virtutes,vel vicia.Quę ideo in homine, peregrinam & aliunde aduentitiam originẽ habent. Etenim laude,quęſitę virtutes:vituperio,pullullantia per inertiam & ſocordiã vicia:dignũ hominem faciunt. Sed vt noſtro, nuper promiſſo inhęreamus: videndum, diſcutiendumque ocius eſt, quodnam ſit magis, in homine peregrinum:an votum, an virtutes morũ, ob quas,preſertim eſt expetibile,totiꝰ voti adiu-

teriū. Nec omittendum etiam fuerit: quid neceſſitatis, votū habeat, cū pręſentia & ſupplemento virtutū, quæ nullū, in homine, ſinunt, vicijs, ſupereſt locū. Et quæ vtriuſque appetitionis diſcordiā ſedant, pacēque in illo, optatā conficiūt. Res ergo, quæ nūc exhiberi petitur: leni admodū diſcutione eget, Etenim votū, vt rarius quiddā eſt virtutibus: ita ſane, & homini ipertinentius eſt, magiſque peregrinū, Virtutes ſūt honeſtiſſime, ac dicētiſſime, hominū qualitates: quæ prudentiæ, & ſapientiæ metis finiuntur. Et vt ſubſtantia, & quantitas, ſunt oīm hominū, prima & ſolida naturæ munera quibus, homines: & homīes fiūt, & ætatis maturitate, viri euadūt: ita nō minus decet, quēlibet, poſt adeptionē ſubſtantiæ & quantitatis, quas a naturæ prouidētia, habet: tertio gradu, & ordine mun⁹ adquirere qualitatis, ideſt margaritis virtutū, quibus in ſeipſo, dignā, ſicuti pręmiſim⁹, hominis cōpleat tryadē: & ſubſtātia & quantitate, & qualitate conſurgētē. Voti autē iuuamē: nō eo, illico ordine, quo virtutes in homine emergit. Sed ex maiore quadā īfirmitate & inopia virtutū naſcitur. In eo enim, cuius anīmū, perficit adepta opulētia virtutū & qui naturæ, & fortunæ munerib⁹: bene vbique, & rite, vti ꝑdidicit: vix vllū, peregrina voti neceſſitas habet locū: aut ſaltē min⁹ neceſſariū. Cū ſane is, īfirmiorib⁹ quibuſqȝ, & virtute inopibus: fiat ī ſpectabile, imitatiōis exēplū.

Quid enī eget vouere,is:qui caſtioniæ & mū=
diciei amator: didicit per ſe, ipſe cōtinere. Et
qui partis,bene nouit vti diuitijs:qui ī earum
poſſeſſiōe,nullā ſuæ aīe iacturā perpetitur: ꝑ=
fecto vt ſe ijs,ex voto abdicet,&volūtariā ꝓfi
teatur inopiā,īdigus nō eſt. Cū,earū poſſeſſio,
nō ſit ī eo,vlli⁹ perditi,& naufragi amoris,pe
riculoſa alligatio.Et qui ſuā fixit ī boni deſy=
derio,amore,& ope volūtatē: quid iā ope pre=
ciū eſt,vt ꝓpria ſe volūtate abdicet.Vt ve eā,ī
bono,alioquin ſiſtēdā:ſubdat ferulę, & magi=
ſtro viri alteri⁹?Hęc ergo ſat docēt, ī pfectiōe
virtutū:ſuperfluere, nec neceſſario expetibile
eſſe:aduētitiū voti ſupplemētū.Sed cū nullus
oīno,expers ſit,naturalis īfirmitatis,a pcti ra=
dice oboriētis,cū rariſſimus, & pene null⁹ ſit:
cui,ſūmę adſit pfectiōis grad⁹,& ītegra opulē
tia virtutū:Hic equidē cōfugiūt,recurrūt que
plurimi,advoti p̄ſidiū,abdicāt quę ſe ideo,nō
ſolū vrbe,nō tm̄ domo,ſed & quā poſſūt corpe
etiā ſuo,atq; ip̄o deniq; aīo,dū & ſuę volūtati
& totis ſibijpſis,ijſq; etiā cūctis:quę ſub īcer=
ta fortunę manu poſſidere,ſalubri cōſilio ab=
renūciāt. Et dū maioris nauſcıſcēdę ſecurita=
tis cauſa,in manu aliena,cūcta ſpōte,quę ſua
ſunt deponūt,toti, vt ī ſe redeāt, extra ſe fiūt.
Et vt meli⁹,ſui fiāt:alteri,ſe ſubdūt. Id quidē
opis,molif votū:ī his,qui īfirmitat; ſuę cōſcij
ſuę quevirtuti diffiſi: alieno malūt ducatui,ſe
regēdas cōmittere quā in ſua ipſorū,debili, &

infima fluctuantis nauigij archa perire.

¶Virtutes voto, & pręſtantiores, & tam plus, quam pluribus eſſe neceſſa rias. Caput.xliiii.

QVamquam in homine,nullius
habet legis neſſitatem , quic=
quid in eo,oritur per volũtatē
tamen virtutes:quæ etiam vo=
lũtario opere,& labore quærũ
tur:magis vtique homini, ne=
ceſſarię ſunt,& pluribus cõueniũt:quam au=
xiliares peregrini voti ſuppetię, quæ in infir=
mioribus viris,ſub alieno ſtãtibus magiſterio
& educatione:ſunt vt quędam diſquirendarũ
virtutũ ianuæ.Dixerunt plerique antiquorũ,
eorũ,eorum qui ſe, ob nauciſcendã ſalutē, mũ
do,& opibus illius,ac delicijs abdicarũt:& mo
nachico voto,ſponte alligarũt: ſeptũ quidem
& clauſtrum monachorũ, eſſe lauachrũ vicio=
rum.Q; in eo,velut in quadam læta curarum
ſolitudine:& in fugacium voluptatũ deſerto:
pauciores nouorum viciorũ occaſiones ſe in=
gerunt,Et pręteritorum viciorum maculæ, a
ſęueritate,auſterioris vitæ fugiunt,dũ per ino
piam,ieiunium,& caſtimoniam:quæ triplicē,
& fortiorem voti funiculũ faciũt:velut a qua=
dam ſaponis acrimonia,facilius diluuntur,&
penitus ab animi cute obſterguntur. Similes
ij ſunt his,qui lumē ſuum, aut lichnum, intra

laternę anguſtias, a facie ventorum cautę abſcondunt.Et oleum in lampadibus,nutriendę i poſterum flammę reponunt, vt vſque in conſpectum & aduentum dei,lux in eis,diuinitus accenſa perſeueret.quę eos,vt vigiles & paratos aduenie̅tis ſpo̅ſi comites:& in nuptiales, ęternarum deliciarum thalamos,introire vole̅tes: liberet ab hac auditio̅e mala,Neſcio vos.Qua̅ obre̅ hi,quibus mundi latitudo,noxia eſt: qui accenſam,in ſe,diuini amoris flammam,ęgre ſe,inter homines,ciuili & mundiali ritu viue̅tes,ſeruare poſſe vident: quominus a contrarijs ventis exuffletur:Quique ad adſequenda, dignarum & plus voto neceſſariarum virtutu̅ monilia : plurimas mundi libidines, ſibiipſis obeſſe vident:nec tamen ſatis,ſuę imbecilli arundini fidunt.Et ſi,quę euomuere,& peroſa habuere vicia:in ea tandem relabi formidant hi quidem,ſe,mundo,ſua ſponte abdica̅t, In tutiores latebras confugiunt,fidu̅ reſiduę ſuę vitę,ducem adeunt. In cuius manu, & ſua, & ſuam voluntatem deponunt,votoq; & iuſiurando,ſe aſtringunt,eum quem, vltro elegere, directionis ſuę ducem, ſe deinceps per omnia ſecuturos.Nec in ea̅,qua ſe abdicauere: ſuſpectam,& minus ſecuram, lubricantis vitę glaciem:ſe vnquam remeaturos ſpo̅dent,Votum quide̅ id,ore,ſemel emiſſum ſtat. Et eum, qui vltro & voluntarie,id,in manu vouit alterius: in otcius voti perſeuerantia, & obſeruatione

ligat. Vt non deiceps liceat, initi ſemel vinculum voti, abſq; coram deo, peieratiõe, & noxa infringere. Aut a cœpta, ſecundum deũ, innocua vita: inſipienter reſilire: vouere quidẽ ipſum: nil omnino per ſe, in homine, neceſſitatis habet. Nec neceſſariũ eſt quenquã, vt ſaluus fiat, intra ſe, vim voti admittere. Cũ & votum, prorſus volũtarium ſit, & alioquin ex voti compedibus, pateat libera, licet ardua, ad ſalutem via: e pulchris virtutibus. Attamen vbi fixum eſt. & receptum, ab annuente voluntate, in homine votum: mox id quandã neceſſitatem & vtilitatem ĩfert. Neceſſitatem quidẽ qua, triplex ipſius funiculus, haudquaquam, abſq; piaculo, infringendus ſit. Vtilitatẽ vero ob propulſandam a nobis inuiriam: quã alioquin nouercę & meretriculę, ĩpudicarũ paſſionũ: pudori, & caſtimoniæ rationis inferrent.

¶ Et virtutum & votorum, voluntariam prorſus eſſe originem.

Caput. xlv.

DOcet philoſophia moralis, inter diſpoſitiões & habit⁹ virtutũ: latã diſtinctionẽ faciẽs, nequaquã ab ſimplici diſpoſitione virtutis, vti ab vnico continentiæ actu: quẽpiã, talẽ dici, & nomiari oportere. Sed dũtaxat a cõſumato habitu, qui ĩ animo obduruerit: & qui

ex plurima cõſuetudine,frequenti que operatione paratur,ac gignitur: cẽſet debere nomẽ perfectæ qualitatis,velut tẽperãtię, aut cuiuſuis alterius,cuiquam attribui. Haud enim tẽperãs,is illico eſt:qui tantũ ſemel,in cibi & potus ſũptione,honeſte mediocriterq; ſe habuit Sed qui a frequẽti abſtinẽtia,mediocritate.& parſimonia:ſolidũ tẽperãtię habitũ,nõ facile a ſe dimobilẽ,ſibi quęſiuit. Itaq; votũ hactenus,a virtute diſſidet:vt qđ quidẽ,nec reſumi nec frequẽti ore iterari eget: vt homini inhæreat,vt ve radicẽ,in illo,altam mittat:quæ nequeat per omnẽ vitam euelli.Vnicus in voto, ſufficit oris actus,& vnica illi⁹ e corde ꝓfeſſio quæ talẽ efficiat & nũcupari iubeat hominẽ: qualẽ ſe ex voto fieri,& dici debere,nõ ignorauit. Immo qui id quidẽ,vel vltro,& ſpõte,ĩ ſe ĩpleri poſtulauit.Habit⁹ virtutis & votũ:pari,ideſt volũtaria origine naſcũtur,& ſolidam capiũt ſedẽ,in hoĩe,ſed tardior cõcreſcit habitus virtutis,qui eã actionũ obligationẽ,nõ habet:quæ voti rationi inhæret.Nã ꝓclarus virtutis habitus,& ſi nil coacte agit:Sed oĩa libere patrat:ſic tamen hoĩs deſyderiũ perficit, & in bono, illud ſiſtit: vt ex diu parta conſuetudine.tanquã ex quadã natura:hominem ſemper in bonũ inclinet. Adeo vt tam bene, per eum affectus homo:vix iam cõtrariorum meminerit malorũ. Oĩs & enim habitus: in perfectione,pugnã nõ habente cõſiſtit. At votũ,

eā perfectionem non habet, quæ mox libere, & tam vltro eat in bonum. Et ſic cōtrariorum prorſus obliuiſcatur malorum: vt nullo pacto, titillantem eorum pruritū perſentiat, ad quæ, libenter forte rediret: niſi ipſa voti obligatio, renitens aſtringeret. Quę virum, poſt votum, in contraria mala, ex infirmitate recurrentem & voti leges infringentem, meminiſſe iubet, intētatā diuinitꝰ, eſſe ſuppliciorū formidinē his, qui reſiliūt a ꝓmiſſis. Et licet vnico actu, in corde hoīs, votū ſolidet, haud tamē ſtatim vnico cōtrario actu, illiꝰ radix euellit: quāquā intercurrente, illicitorum actuum diſſimilitudine, illius ſinceritas violetur. Pręſtantior itaque eſt, habitꝰ virtutis, & potior voto, quāuis amborū, ſit conſimilis, ideſt voluntaria origo. Cum virtutis habitus, actiones habeat prorſꝰ liberas, firmas, & pene contrariorum imemores, quod ſimplex votum, ex ſeipſo, nundum homini tribuit. Eſt enim votū, vt ſimplex quidē, ſed irreuocabilis ad virtutē vitęque honeſtatem diſpoſitio, accingens quempiā, per omnem vitam ad inclytam adſequendæ virtutis militiā. Quę licet interdum contrariſs actibus violetur: non tamen eius ideo, obligatio tollitur. Nec nomē illiꝰ, ab eo, qui per voti emiſſionē, talis euaſerit, ſucciditur. Bellicæ militiæ ꝓfeſſio, ei viro: qui eius rei fidem, in aliquot annos, regi vel principi dederit: militis mox nomen imponit. Licet non continuo ſtrenuum

militem efficit illũ.Nec aut ſocordia,aut igna uia,aut militiæ vacatio:poſt pręſtiti iuramenti actum:illum,a fidei debito: ante temp⁹, aut liberat,aut facit immunem, quoad exauctoratus,quauis de cauſa,a principe, aut oportuno manumiſſionis tempore:militarē exuere chlamidē,arma poſti affigere ſigna plicare, & domũ redire,quieti vacatur⁹ permittatur, Quod igitur militi,erga regē, per ſpacium temporis accidit:hoc viro,monachicũ votum profitēti: per omne vitæ tempus, erga deum contingit. Emiſſo monachico voto,vir eueſtigio,ex profeſſiōe tacite monachus fit, & cogitur per omnem vitã,ea reddere,quæ dei ſunt,deo.Perinde atq; bellicus miles, aliquanto tempore, cogitur quæ ſunt Cęſaris,reddere Cęſari.Nec criminæ,in vtriſq; caret:initi effrator foederis,& præſtitę peierator fidei.Virginitas,nullo actu acquiritur,vnico frangitur.Votum,vnice profeſſionis actu,ſolidatur:nullo cōtrario actu,ſic violatur:vt prorſus illius obligatio, depereat, & obliteretur.Cum ſicut ſeniũ,& defectio virium:ineptum iam ad arma,manumittit militem:ita & ſola mors,a pręſtitovoto,monachũ reddat immunem.Habitus virtutis, inter virginitatem,& votum:aliquopacto ſe medio habet modo.Vt qui,plurimis quidem actibus gignitur.Et tam etiam ſolidus eſt,& indemobilis ab animo:vt nullis pene contrarijs actibus ex eo vaneſcat.Cum etiã pruritum,qui in cō=

trariorum malorum memoriam, inſtigare potuerit:prorſus ab animo euacuarit.Et paſſionibus his,quæ loris ſuis,in diuerſa,rapiunt animum:hunc modū poſuerit:qui fere nō egeat, vallo vllo defendi,& ꝓhiberi: ne rurſum malo conſentiat:& manū nequā operi protēdat.

¶Votum, Haudquaquā obeſſe hamanę libertati. Quin poſt votum.liceat hominem, adhuc dici liberum. Caput.xlvj.

SEd iam occurrendū, nonnullis eſt:qui velint votū, prorſus humanæ obeſſe libertati. Et poſt emiſſionē voti,iam hominem, nuſquā ſuis in actionibus, manere liberū.Sed mox fieri ſeruū.Et coactū, inuitū que, in actiones, ex emiſſi voti legę neceſſarias,agi & protrudi. His quidem reſpōdemus,cum ipſius voti, ſit vt diximus libera, & prorſus voluntaria origo:quonāpacto,id libertati humanæ oberit:aut hominē,e libero,ſeruū efficiet?Debitorē quidem illū facit, ſeruandę,vltro promiſſę fidei,& integritatis voti cuſtodiendæ.Nō tamen in vllam,illum,conijcit ſeruitutem.Cū etiā militet,in deſideriorū oppugnationē:in ſeruiliū ſenſuū ſubmiſſionem Et in ſummam deniq; imperialis,regięque rationis libertatem.Etenim ſimile aliquopacto

docuim⁹ eſſe votũ,habitui virtutis, qui nos a malo defẽdit,qui a lubrico illius cliuo, titubã-tis greſſus ꝓhibet,quãquã ſit paulo votũ, illo inferniis,nec tãtũ perfectiõis habeat:qua,ma-lorum oĩno nõ meminerit. Atqui habitus qui dẽ virtutis,qui hominẽ,recta ĩ bonũ,& hone ſtũ perducit:qui a malo,illũ ſuapte cõſuetudi-ne,& quadã quaſi natura arcet: vt quid liber-tati ratiõis obeſt? vt quid etiã,hominẽ, e libe-ro,ſeruũ efficit? qua nõ ſinit illũ, in malũ ꝓfi ciſci,& a medio:in quo ſecura veſtigia fixerit in extrema & exitialia mala digredi? Si enĩ cõ ſuetudo(vt ãbigit, diffitetur que nemo)eſt al-tera quędã natura:is profecto, qui ex adepto virtutis habitu agitur:ſic ſpõte:ipſe ſua,in bo num vadit:quaſi ex natura quadam,& non a re peregrina,& diuturno labore parta mouea tur.Et tanto liberior eſt vir,atque plane hone ſtior: quanto eiuſcemodi parte virtutis gem-ma,fuerit in eo pręclarior.Nec igitur habitus virtutis,nec votum,hominem,ſe libere(vel a-more boni, vel timore mali) in bonum mo-nentem,vllis ſeruilibus cathenis vinciunt.Et quaſi inuitum,in actus, inſtar ſeruorum, aut ferarum protrudunt. Quanquam haud diffi-temur,clariorem magiſq; ſtrẽnuum, eſſe eum motum, qui ex habitu virtutis, it in bonũ:eo motu,quo ex ſimplici voto,quis a malo, lõge ſecedit,& bono,ſe cõiũgit, quãtũ ĩquã a timo re,diſtat amor:& ab ĩperfectiõe,ĩ pa perfectio

Nam voto,timor nō deeſt.Cum ex voto, quis ad perfectionem virtutis: cuius habitum, nūdum ſibi parauit:quaſi a ſcutica timoris,& formidine peierationis inſtigatus anhelet.Et cōtrariorū etiā reminiſcatur malorum, quorū adhuc ſtimulis,vt potevirtute nudus,& inermis agitur ac ab eis,cute tenus diſpūgitur:licet interdicente voto, & maceriem opponente, illis conſentire & manus ſceleſto operi protendere inhibeatur.Habitus virtutis,ex amore,quē, diuturna conſuetudinis vis,pepererit: ſolido & impauido greſſu,in bonum procurrit.Simplici autem voto,ante habitumvirtutis:timor & ſupplicij pauor annexus eſt,qui ideo & pœnam habet.Cū perfecta tamen charitas,ſtans in ſcopo,& ſublimi habitu virtutis. omnē foras mittat timorem. Quamquam igitur voto, timor non deſit:tamen id hominem,e libero, ſeruum nō facit,licet faciat hunc pręſtiti iuſiurandi debitorem. Quemadmodum & a beato Paulo,de circūciſiōe dicitur. Teſtor inquit omni homini,circuncidenti ſe:quoniam debitor eſt,vniuerſę legis faciendæ. Nam ſicut circunciſio,initium quoddam vouendæ & perficiundæ legis fuit: licet ante legem data ſit: ita & monachicum plane votum,perficiendæ deinceps monachalis vitæ, ſtipulatio quædā eſt & ſacrum quoddā illius initium, depoſcēs quidem finem,non deinceps alium:quā ſibi omnino conſentanenum,parem, & conformen.

¶Votum, priuationem quādā eſſe, ablegationem a ſe, eorum, quę ſaluti obſunt. Quandamque etiam cū baptiſmo, ſimilitudinem citra caracteris impreſſionem habere.

Caput.xlvij.

DIximus hominē, non minus poſt votum, quā poſt adeptum virtutis habitū, perſeuerare liberū. Cum ſicut nihil habet ſeruitutis, habitus virtutis: qui militat, ad dignitatē tuēdę libertatis: ita & voti anguſtia nihil prorſus ſeruile habeat, vel vſquā immutet, arbitrium voluntatis. Quanquā nō negamus, votum inferius aliquid eſſe, claro & inſigni habitu virtutis: & ānexam habere, cū nodo obligationis: etiam pœnam timoris, & contrariorum malorum reminiſcentiam, quā non habet, prę ſignis habitus virtutis, qui pollens amore, & dilectionis plenitudine: nos ex conſuetudine, velut quadā natura, inſtigatos, in bonum flectit. Quamobrem ſimplex votū, tantundem ab habitu virtutis diſtat: quantū aliquopacto, a plenitudine, priuatio, & a perfectione, iperfectio, abeſt. Voti & enim ſignificantia, & ratio: eſt plane quędā priuatio, quod

in quolibet,monachici voti funiculo, libet experiri.Nam obedientia,quid aliud eſt,quā ꝓpriæ voluntatis abſtinentia?quidnā alienę voluntati ſubmiſſio, niſi ſuæ volitionis abdicatio?Quid etiam,voluntariam ꝓfiteri inopiā? niſi proprio ſe abdicare patrimonio?Quid demum profiteri caſtimoniā: niſi igruentū libidinū,extinguere aut reprimere noxiam icendiorum flammā?Votum omne, quędā eſt voluntaria fuga,& ſpontanea ſeceſſio:ab his, in quibus,ob inconſummatū in ſe virtutis habitum:& imperfectionem animi: quis nō bene ſe,& citra periculum ſalutis haberet? Qua de cauſa,& is quidem,qui huiuſmodi eſt:qui ſuę conſcius īfirmitatis,parum ſuis viribus fidit: voluntariam quādam,ſibi vim infert: vt vltro ea,quę noxia ſibi eſſe videt,defugiat: ſeq; iјs abdicet.Et tam ſua, quā ſeipſum, ſub ducatu & ferula, alienę manus, regendum deponat. Vnde etiam & ſimilitudinem quandam cum baptiſmo,votum habet.Nam in baptiſmate, inclytus dux inquiritur, & ſuſceptor dirigēdę in poſterum vitę:eius,qui contrariјs omnino & ex integro abrenuncians,vitā deinceps innocuam & ad inocentis Chriſti ſimilitudinē, cōpoſitā,ſe traductурū, palā iurat, pollicetur ac vouet.Qui ſi poſtea,a malo,titillātibus deſiderijs illectꝰ: in cōtrariam,cui abrenūciarit. relapſus fuerit vitam:non ideo abrogat,votū id,quod ſpōte inijt: & per quod Chriſti miles

effectus eſt. Nec impreſſum in ſe, caracterē de let: licet ſe, varijs ſceleribus inquinet. Et velut vel imbellis, ignauuſque miles, vel prelio dās terga: vel ad hoſtes trāſfuga: p̄ſtiti peierator iuramenti fiat, Et nec etiam clarū nomē Chriſtiani, quod cū voto, & caracteris impreſſiōe induit: per vllius ſceleris cōtaminationē amittit. Et ſi quādo ſobri⁹ & in ſe reuerſus reſipuerit: & malorū, quæ interim egerit, eū ipſum, ſalubriter pœnituerit: Cum & integra in eo, perſeuerent, ſuſcepta prius, ſacri lauachri ſignacula: non denuo, vouere illum, opus ſit, nec nouo caractere: in Chriſti militiam, a ſacerdote conſignari. Id ergo: etiam in monachatu: citra caracteris & ſignaculi impreſſionem contingit: vt monachum, in contrariȩ, & diſſimillimȩ vitȩ, actus ſtolide relabentem: & promiſſæ mundiciei foedera, ignauiter infringentem: & ſcelere, ſcvario inquinantem: cum dein pœnituerit, non iterum profiteri, & vouere illū. operepreciū ſit. Cū, nullo ſcelere (quāquā & habitū & cōformē habitui, corporis decentiam, aliquandiu intermiſerit) ipſum monachi nomē amiſerit. Nec voti, quod ſemel pepigit obligationem, a ſeipſo depulerit quæ (licet inquinata) manet integra. ſolo confeſſionis & pœnitentiæ (ſicut fit poſt baptiſmatis inquinationem) purgamine expianda, & ſalutari lachrimatum medicamine, priſtinæ incolumitati reddenda.

¶ De triplici boni diſpartitione, Et omnia, ſuapte natura bonũ appetere. Caput.lxviij.

Nihil ſperni a nobis, aut ſpretui, haberi debet: quod aliquod in ſe veſtigium, boni habet. Hæc ideo præmittimus vt hinc ocius, ad boni diductionem pertingamus, cuius vnius gratia, vel ex voto vel ex virtutis deſiderio, & naturali inſtinctu monemur. Bonũ etenim eſt, quod appetunt omnia. Nec vſquã quicquam mouetur: niſi equidem, vel veri, vel apparentis cauſa boni: quouiſmodo adſequendi. Moralis philoſophus, qui hominum verſans mores, multiplicia in eis, virtutum genera diſtinguit: tripartito bonum diducit. In, vtile, delectabile, honeſtum. Vtile quidem bonũ, vocat: quicquid ad vitam, neceſſarium homini eſt, & abſque quo, aut non viuitur, aut ęgre vita tranſigitur. Victus cũprimis, & operimentum, in eiuſmodi vtilium ſunt bonorum ſorte reponenda, modo in vtriſque, nihil ſuperfluũ & potius ex luxuriante animi libidine, ortum quam neceſſarium, indicat, illecebris genij voluptas. Nam & tenuis victus, & exiguum velus: cum & fami depellendæ, & frigoribus arcendis ſat ſint: abunde, vtilem corpori neceſſitatem, ſub humili tecto miniſtrant. Reliqua, ad voluptatẽ, & oblectationẽ, excogitauit ge-

nialis illecebra.Delectabile bonũ, eſt id:quod poſt vtile, excogitatur ab homine, vti eximia & lauta,menſarum bellaria,& varia ferculorũ condimenta, domorum item aulea, & iſignes picturæ.Honeſtum bonum,in virtute,& in ſinu animi:moralis philoſophia reponit. Si vero ſecundum ſubſtantiam: hominis quidẽ bona,voluerimus diſtinguere:etiam tripartitam eorum ſectionem faciemus. In animũ. In corpus,& in ea deinceps omnia,quæ extra hominem ſunt,quæ ad illum,quouiſmodo attinent ſiue hęc quidem bona.vſum illi, & neceſſariã prębeant vtilitatem, Siue in illius iocunditatem,& oblectationẽ veniãt. Atqꝫ in iſtius quidem modi bonis,ſua(in ſingulis rite cuſtodiũdis,& digne obſeruandis)repoſuimus virtutũ genera. Cum in meta ſcientiarum & diſciplinarum animi:ſapientia,a nobis locata eſt. In culmine vero virtutum earum, quæ paſſionibus corporis habenas & froena ponũt, prudẽtiam ſedere docuimus.Et in his adminiſtrandis:quæ prorſus extra hominem ſunt:quæ vel de ſubſtantia,& integritate illius nõ ſunt:per economiam & politiam : honeſtum diximus modum ſeruari,qui etiam modus, ſub prudentiæ limite,ſe gerit.Quamobrem omnium quidem,& bonorum,& virtutum finem:in geminum reuoluimus apicẽ:in ſcopum ſcilicet prudentiæ,& ſapientiæ.A quibus, humanã quoque omnem vitam,partimur tantum in gemi

nam:ſcilicet in actiuam, & in contemplatiuã.
Et hanc item, non ſiluimus, eſſe illa meliorẽ,
& omnium aliarum finem.Cum ſit quidem a
cunctis,ſcandendum & remeandum bonis:in
lares,& penates animi. In his enim ſolis,repo
ſita eſt ęternę contemplatiõis requies:in qui-
bus & exoptata,cum,mundi, tum ſuipſius,tũ
diuinę effigiei, viget contẽplatio,cuius lumẽ,
ventus nullus extinguit,nulla caligo,vertit in
tenebras.Hæc,de bonis hominis diximꝰ,quę
iã duplici tryade ſecuimus. Cui cuſtodiũdę, a-
lia quędam,quã hactenus, ſilẽtio teximus,re-
ſpõdet tryas virtutũ & diſciplinarũ. Nã exco-
cogitauere priſci authores, philoſophiã,qua,
bene ſe animꝰ,in ſe ipſo habere, ſe que noſſe
diſcat.Cũ difficile admodũ ſit,eni ſe bene ha-
bere:qui ſeipſum nõ nouerit qui mentẽ,tene
bris ignorantię,offuſcatã geſſerit. Porro me-
dicinã ex philoſophię radicibꝰ oboriẽtẽ: etiã
veteres adinuenere, quę ſeruãdę corporis in-
columitati,cuius pe optimũ bonũ ſanitas eſt:
vt peritã ita & ſolicitã operã nauet,Poſtremo
adinuenta quoq; eſt iuris peritia quę eorũ om
niũ,quę extra hominẽ ſunt bonorũ pacificę
cuſtodię & iuſtę poſſeſſiorij pręſit Inſuper &
lites & iurgia cotidie,inde emergẽtia compo-
nat.Nã cũ humanum omne ſtudiũ : ſit pace,
& quiete finiẽdũ:etiã ĩ ſummi boni imitatio-
ne,& ſanctitudine,omne quod hic agimus,ſi-
ſtendũ prorſus eſt,& ſoli vouendum deo.

¶Non eſſe ſupra humanas vires, vouendum quicquam.

Caput.xlix.

Fini ſuſcepti huius operis, iam vicini eramus, & modū, mox eidē poſituri. Sed ſuperfuit adhuc vnū videre: an inter vota recipiendū id ſit: quo quis, id quod, hominis ſupra vires eſt, & humana poteſtate mai⁹, ſtolide voueret. In hanc enim cauſam, vt in initio diximus, reclamitant iā plurimi, aduerſum votū: qui euertere prorſus illud, ac ſuccidere ſolidū illius ſtipitē, vel pactū tollere e medio moliātur. Ad hęc dicimus, ignorare quidē neminē, metiēdas cū primis hominū vires eſſe. Et vel iuxta, vel infra duntaxat menſurā earum: figēdum in hominibus eſſe, ſolidatoriū mutabundę vel īfirmę voluntatis, voti palum. Ridetur enim in euangelio, is, qui ędificare volens domū: non pri⁹ ſedēs cōputat: an habeat, vnde cœptū vel inchoandū, poſſit ad culmen, deducere ædificium. Ne ſi imperite, & boni nō cōſultus, eius fundamenta iecerit, & perficere nequiuerit: tādē, & quidē merito, pateat publicę ſubſānātiū irriſioni, & ꝑtereūtiū contumelię. Nā ſi meli⁹ eſt, nō vouere: quā poſt votum, quæ voueris, non reddere: etiam longe melius eſt, nil incon

ſultis & imp ræmenſis viribus vouere: quam emiſſo, haud poſſe, ſuppetere voto. In primo peccatum, & promiſſi debitum exoritur. In ſe cundo: ſtultitia, riſu explodenda impingitur. Qui enim vouet, nec reddit quod tamen mediocre, & iuxta vires eſt: is proculdubio, debitor voti manet. Qui vero ſupra menſuram virium, vouētia in coelos ora, audax adaperit: temerarius, ſtolidus, & riſu dignus, eſt habēdus. Et vt aliquid per tranſitum, propoſito huic aptum narremus: quidē aegyptiacę ſolitudinis accola: qui vt inter ſanctorum eremitarum vitas eſt: vouit, nullam ſe deinceps, in ſtomachū ſuum, eſcam & aquam: ſedādę fami, ac ſiti admiſſurum: niſi quam inſtar Heliæ, aut Agar, ancillę Abrææ allatam ab āgelo, aut ab animali coruo: aut ab animali quouis alio, diuinum ſupplente erga ſe miniſterium, ſuſcepiſſet. Sicut ergo, nemo, vicinorū eremitarum, id, ſtoli di iſtiuſmodi viri votum probauit: quod & ſupra hominem erat, & deum plane irritabat: & viri, de ſua ſanctitudine, pluſquā par erat, pſumentis, ſtultitiam indicabat: ita & ſtulti conſilij improuidus, & improbādus author: fame, & ſiti inter ardentes arenas extabuit: & incidit iure, in foueam, quam manu ſua, ſibi fodit. Et virum, vel angeli, vel corui. fruſtra iuſſū ad ſe, dei miniſterium prǫſtolantem, ſua indigna ſpes, merito fefellit: & digno mortis ſupplicio, longa eſurie & ſiti cōſumptum affecit.

Si id quidem ipſum,perpetui ieiunij experiē-
di cauſa miles improbus attētaſſet: minus for
te coram deo,piaculum id fuiſſet.Sed cenodo
xię vicio,& oſten tandę ſuæ ſanctimoniæ gra
tia:id faciēs,anachoreta amplioris ante deū,
ſe criminis reum: & forte venię indignum,ve
lut ſui homicidam effecit,

Vtilia,ſeruandę voti mediocritati & menſurę, exempla. Caput.I.

CLaruit noſtro ęuo,inter Elue
tios, in regione eorum, cui a
ſyluis nomen Androuuallda
vir nomīe, Nicolaus de ſaxo
qui mortua vxore,ex qua,ali
quot filij,ſuperſtites, illi erāt:
in vicinam eremum conuolauit, In qua pau-
latim:ſic ieiunijs aſſueuit:vt tandem cibo om
ni,& potu,prorſus abſtinuerit,Et perſeueraue
rit eo in ſtatu,mirantibus omnibus(vt ferunt
eius loci incolę)annis, plus minus ſexdecim:
quoad tam ſobrię animæ flammam nullo ma
teriali oleo,ſua ſe in lampade alentē:ipſe Chri
ſto laureandam reddidit.Adij ego(dum Elue-
tios pertranſirem)eius viri cellulam:vidi &ve
ſtimenta quæ viuentem texeant vidi & al-
locutus ſum,adhuc ſuperſtites filios. Is quidē
non ex voto vllo,ſtolide pręſumpſit, id quod
ſupra hominem erat, attentare. Sed ex longa
ieiuniorū conſuetudine,annuente cœptis eius

deo,in eã gratiã paulatim cõſcẽdit, Dominus Ieſus, qui ſupra hominẽ homo erat(Nã etiã deus)qui nil,ſupra hominẽ,nõ poterat:ſobrie deſeipſo ſenſit,nec deum,cũ ipſe ab hoſte ten taretur:tentare voluit.Sed tentatoris,a ſe tan= dem repulſi,dolos vicit,& fallacias illius cõfu= dit. Ieiunauit enim, diuinitatis ſuæ potentiã oſtenſurus,quadraginta diebus, & quadragin ta noctibus, in deſerto: cibum & potũ capiẽs prorſus nullum.Poſtea vt homo eſurijt. Et cũ tãtę benignitatis eſſet,vt ſe ab aduerſario,ten tari permitteret: primã ab eo,eam ſuaſionem audiuit:vt ſi filius dei eſſet:mox ex lapidibus quos tentator offerebat panes ipſe,leuãdę eſu riei ſuę cõficeret.Qui noluit reſpondẽs:Haud in ſolo pane,vitã hominis cõſiſtere.Et tandẽ conſumata omni tentatiõe, victo, fugato que aduerſario, acceſſerunt angeli, & miniſtrarũt ei.Oſtendit in terris dominus, talẽ victoriam cœleſti miniſterio & præmio dignam. Et hãc vnam,poſſe a deo, per ſanctorũ angelorũ ma nus impune cœleſtem expectare annonam. Sed talis eſt mortaliũ nemo, qualis dominus, aut qualis Helias,au præſtolari debeat,aut au ſit:quoaduſque victus illi, & potus,e cœlo,an= gelicis manibus,aut quorumuis animaliũ mi niſterio exhibeatur.Vt ideo humanã eſcã,po= tum que faſtidiẽs:prorſus hominum,a ſe,mi= niſteria reijciat.Et ſuperbe de ſe ſapiens, ſtoli dũ ex ore votũ, quale ſupradicti viri fuit emit

tat:& in foueam ſuam cadat.Noſcendę itaque
ſunt,ante votum,vires hominum, & iuſto fu-
niculo cautius metiēdę. Ne ſupra earū modū.
quicquam voueatur: quod nequicquam voto,
ſed vel ab hominib9,ſtultitię:vel reatui,a deo
imputetur.

¶ Humana miniſteria, Haud eſſe aſpernāda, vt quaſi digni, diuinæ manus miniſterio alamur.

Caput.lj.

HOmo in terris, angel9 non eſt
quia non expers corporis eſt.
vt ſic ideo.velut corporis one-
re liber, ad angelicam aſpiret
vitam, vel illam ſe, ad vnguē
imitaturum voueat: vt huma-
nam omnem eſcam reſpuat,nec alia velit vlla
in his erumnis viuens:quam cœleſti paſci ali-
monia.Filij quidem Iſrael,in deſerto: manna
e cœlo pluente,paſcebātur a deo. Quia huma
no omni deſtituti erāt pſidio.Et ſemoti pror-
ſus,a vicinarum contubernio nationum: nul
lo ab eis commeatu iuuabantur. vt qui etiam
ex lege, illicitus illis fuiſſet. quos inhibue-
rat deus, veſci e cibis gentium:& cum eis,vllū
inire cōtubernium. Et in flagrantibus arenis
ſtabant: in quibus,nec ſeri,nec meti poterat.

Quamobrem eductum ex Aegypto, prę lectũ in futuris benedictionib⁹ populum: deus, qui illi, in colũna ignis & nubis, ducatum prębebat: etiam angelico pane, in ſolitudine alebat Qui tum illis, ex more pluere deſijt: cũprimũ fecundi & promiſſi ſoli, fines attigerũt & azimos panes ederunt. Deſijt eum inſolita hactenus & ignota terris, mira illa dei prouidentia: Vbi iam ſibiįpſi, in fertili ſolo, adeſſe valuit & neceſſaria prębere, humana indigẽtia. Nõ eſt igitur deſerenda, aut aſpernanda, ſolita dei circa nos cura, & prouidentia: vt inconſuetam illius circa nos manuum, opem, & auxiliũ: quin etiam & extra naturæ ordinem, illius munera & dona: vel flagitem⁹, vel ex voto, aut quouiſmodo alio, ipſi nobis: ea ĩdulgeri pręſtolemur Nec expectandam, ſtolida ſpe eſt: vt iuxta ritũ patrium antiquorũ, quos deus ſemotos ab hominibus, ſecretius aluit & pauit, mirificetur in nobis, dei gratia & munificentia: propter quã humana recipere & admittere nolimus miniſteria. Si qui hęc olim, indigni fecerunt, in adiuuentionibus ſuis perierunt. Sed ſobrie, & vt iam diximus, ad menſuram, de ſe debet, quilibet ſapere. Et nequaquã ſupra breuem, humani funiculi metam, temeraria in vllius voti pactionem, ora adaperire.

¶ Habendam rationem eſſe & eius quod vouetur & eius perſonæ quæ

vouet. Caput.lij.

n On ſolũ autẽ, ratio eſt eius quod vouetur habenda: ne id prętercellat hominem: verũetiam & eius quoque perſonę, quæ nonnihil vouerit, prętermittenda oculata circũſpectio non eſt. Nã ſicut,nõ omne quod caſu,& temere vouetur,eſt protinus admittendũ:ita & haud omnis illico perſona,voto ſufficiens eſt,& recipi,in pacto voti ſui digna. Hi, qui ſui iuris,poteſtatem non habent: vt ſerui infantes,mulieres virum habentes, & quicunque huiuſmodi,aliena ſub manu ſunt: vouere quidem poſſunt.Sed votum eorum,caſſum irritumque fit:niſi conſentiant hi, quorum iuri pmittũtur.In lege Moiſi eſt, vxorẽ, ſi quid per ſe vouerit & maritus audierit:nec mox ex ore illius emiſſum votum interceperit: nec retractauerit illud:firmum eſſe,ac ſtare votum illius:& reddendum tandem eſſe, id quod voto pepigerit.Cum ſane in eo,qui tacet,ipſum ſilentium, præſtare videatur aſſenſum. Si autẽ audiens maritus,votam rem, nõ admiſerit: & mox obſiſtens eidem contradixerit: vxorẽ in fumum vouere, nec ei voto, vllum obligationis pactum ſuccedere. Cõſimile dic de ſeruis, & infantibus: iiſque omnibus:quos alieni tecti vmbra tegens,ſua ſub poteſtate habet.Serui etenim & pueri:cum nihil omnino habeãt

ſuum:non domum,non agrum,non ſuppelleſtilem,nõ veſtem: Sed nec corpora quidẽ etiã ſua,ſuiipſorum ſint iuris:quale quęſo votum, hi queant emittere qui totius ſunt facultatis expertes?Eccleſiaſticus etiam ritus hactenus huic rei conformis eſt.qui ſeruum neminem, ſub dominio alterius,perpetua poſſeſſiõe obe ratũ:ad ſacerdotiũ,vel ad monachicã ꝓfeſſionem vſquã admittere cõſueuit:niſi quẽ cõſentiens dominus,prius manumiſerit, ſuique iuris effectũ,ſacrę deinceps Chriſti militiæ, initiari:& libera,nec vlli,quã diuinæ ſeruituti illigata aduerſum ſpiritales nequitias,arma ferre permiſerit.Nã ſi ſeruire deo, regnare quiddam eſt:vtique ſui iuris eſſe decet, & liberos,a famulatu mundi,eos, qui conſcribi & accingi anhelent,in militiam dei. Cum enim impoſſibile ſit, placere deo & mãmonæ : Et militare vna,deo & Cęſari: expedit vt vinculũ vnius, dirupto alterius ligamine: exide validiore nodo crebreſcat,& fortius fiat.

❡De his qui ante vſum & maturitatem rationis,monachicę vitę,voto & profeſſioni,cura & voluntate parentum adalligantur. Caput.liij.

Hec futura nobis erat, meta dicendi.Sed ſuccurrit adhuc menti, de his paucula dicere: qui in tenera

ętate, priuſquam rationis, in his maturuerit, & adoleuerit vſus: a progenitorib⁹ ſuis, vel ab curam eorum gerentibus, monachicę vitę, & inſolubilis voti profeſſioni, adalligantur. De his igitur, ſi quid dicere voluerimus: vt nil temere ex noſtro ſenſu effęmur: ad ſacrę regenerationis & baptiſmi ſimilitudinem recurremus. Dionyſius in libro eccleſiaſticę hierarchię, cum de infantibus, ad baptiſmum & ſacri lauacrhi renaſcẽtiam, ante ætatem admittendis, ſermonem facit: obiectationi gentilium, ea in re aduerſantium reſpondet. Et ſub ſannantibus, alium pro alio, ideſt ſuſceptorẽ, & fideiuſſorem, pro infante, ſui adhuc incompote, ſacro baptiſmate imbui: ſilentium imponit. Eorum que, aduerſum veritatem ludibria, & ſcommata confutat, Dicit enim infantis quidem, ſacra renaſcituri vnda ſuſceptores: iurare & vouere, ſe inducturos infantem, cum ad maturam inquit ætatem peruenerit: vt abrenunciet contrarijs omnino profiteaturque & iuſiurando voueat, non aliam ſe, deinceps vitam habiturum: quam ſacram, & ad Chriſti per omnia innocentis ſimilitudinem effictam, & quę diuina inſpiciat ſemper. Id enim, non perperam, ante maturioris tempus ætatis, fieri debere, a ꝓuidis eccleſiaſticę ſanctionis inſtitutoribus, cantum fuit, ob in tenellorum, non dubiũ eſt, infantium ſalutem. Quorum, cum, lubrica, & fugax vita: tenui

& facile diſparenti nubis veſtigio haud ſit ab
ſimilis: non ab re, pręmittenda in eis eſt,& e
longe: ſuper eos: ſacerdotali miniſterio, expor
rigenda ſalutares Chriſti manus, quę non ſo=
lum maturos vndecunque hædos, e grege ad=
uerſariorum,vagos per agros palantes rapiat.
ſed tenellos etiam hinulos,ſalutis eorum cau=
ſa,e trucium luporum faucibus eripiat. Et in
ſecuras ſui ouillis caulas: pijs hūeris adducat.
Si ergo ante aetatem:in votum ſacre regene=
rationis inque Chriſti militiam, voluntate &
ſtudio parentum,& pia fideiuſſione ſuſcepro=
rum,adducuntur infantes: quid ni etiam, eos
licebit,monachico voto, a parentibus & ſuſce
ptoribus adſcribere.

¶ Analogia a veteri lege ſeruitutis, quæ quondam viguit. Caput.liiij.

QVondam,cum orbis, ſub nube
eſſet idolorum: viguit dura &
immitis lex ſeruorum,quos in
ſtar ferarum,ij qui poſſidebāt,
de manu in manum,preciove
nales traducebāt. Licuit tum,
patribus,filios,ante aetatem, vt qui nundum
ſui,ſed paterni adhuc iuris erāt:quauis ex cau
ſa,priuatim, publicæ que venundare.Et ex li
beris,& ingenijs, ſeruos facere, alienęque vo=
luntati,per omnem vitam, mercede & præcio
coemptos ſubdere,Mitior iam(obſoleta priſci

illius ſecli immanitate)viget pręſens Chriſtia norũ obſeruatio. Quę licet ab initio ſui exor= dij:ſeruos manumittendos cenſuerit, & durũ ſeruitutis iugum ab hominum Chriſti ſangui ne liberatorum & futurorum dei cohęrẽdum ceruicibus abſtulerit: cunctoſque poſt deum: pari fraternitate diligẽdos ſanxerit: adhuc ta= men tenellam filiorum prolem,ante naturę ra tionis periodum,& vſum,ſub patrum poteſta te retinet.Quos licet non conſueuerit,imo po tius inhibeat,turpi & indecenti,hominũ mã= cipio,ex venundatione ſubdi: nõ tamen illos vetat,dei obſequio voueri.Et antequã ſuijpſo rum compotes,& proprij iuris effecti ſint:im= mo etiam antequam nati, deo ſinit offerri & aſcribi.Et tam ex parentum, quam deinceps, ex eorum,qui deo offeruntur voluntate, & cõ ſpirante,vnanimi vtrotumque voto:monachi cum ordinẽ,non in annos aliquot,ſed per om nem vitã profiteri.Differt enim hactenus mi litia Chriſti,a militia Cęſaris.Qꝛ ij quidẽ, qui in obſequium Cęſaris,ſeu principis mũdi hu ius,ſua inſcribi nomina poſtulant: & eius rei fidem dant,ac iurant: in aliquo duntaxat an= nos,id faciunt,quandiu ſcilicet, vegetum cor= poris robur,in eis,ad militiã& patrię tuitionẽ ſuffecerit.Quodquidem vbi ingruente ſenio, labaſcit: & inualidum,ad ferẽda arma fit:aut quauis ex cauſa mutilũ, & ineptũ tã manꝰ ab aratro feſſas amouere,& ſolutionẽ petere mili

tiæ,illicitũ illis non fuerit. Nec demũ probro, aut vicio vlli dandum:ſi, cũ iã ſenuerit: arma ea(quę diu,inclyti tulerint) poſti deiceps affixerint. At uero diſſimilis Chriſti militia,aliam expoſtulat legẽ qua is quidem,qui, vt altius a mundo ſecedat,monachico ſe voto ſubdit:exigitur,& ſe totũ & ſua omnia illi,cui deinceps militaturus eſt offerre. Nec quicquã de cętero aut ſuum aut ſui iuris dicere.Et nõ in aliquot ſolũmodo annos,ſuum nomẽ,in illius militiã poſtulare ĩſcribi. Sed per omnẽ vitã,illius obſequium & ſacrũ famulatũ profiteri, eiuſque rei dare fidem,quã pręuaricari nõ liceat. Nec ob ingruens ſeniũ,aut ob defatigationẽ viriũ initũ infringere,cũ deo pactum, aut vultũ ab aratro,in terga voluere, aut inertẽ manumiſſionẽ puſillo animo petere: quoad imminens extrema vitę periodus:victricem animã inuitet ad pręmia.Et eã cãdidę inſtar colũbę,e diluuio mundi huius, ramum virentis oliuę, ad deum,in archam ſalutis referẽtem: emeritam & immortali palma dignam oſtendat.

¶De poteſtate parentum in filios, antequam adoleuerit in eis, vſus rationis. Caput.lv.

Sed quia de voto, volũtate,& poteſtate parentum,in filios nũdũ adultos, & ephębos,quin etiam mũdum natos, nec ex vtero, edi

tos in hanc lucem,cœpimus dicere:non forte inutile fuerit,priuſquã fini incũbam⁹,nõnulla,e ſacris eloquijs,exẽpla proferre. Vt ei, quã verſamus rei,robur authoritatis,nõ deſit. Im primis circuncíſio,quæ Abraę,iam ſeni,& legitima adhuc prole carenti, a deo, non tam conceſſa,quam imperata eſt:Nonne ab Abraam, in omnem deinceps, filiorum poſteritatem,ſe propagauit? Et quaſi ex quodam voto & promiſſo:quod interdictum inflingẽdę necis,erga pręuaricatores,& diuini ſignaculi cõtemptores habuit: in omnem illi⁹ proſapiam deſcendit? Omnis enim inquit ſcriptura,qui non circunciderit,carnem pręputij ſui, delebitur anima illa,de medio populi ſui. Cum etiã iuſſus eſt Abraam,offerre vnigenitum ſuum, quem diligebat Iſaac, deo in olocauſtum : id ſatis innuit:patrem,in filio, nundum adulto, nec, paternę voluntati(quanquam ob ſui necem & immolationem obſiſtente: omnem poteſtatem vouendi, & offerendi illum deo, habuiſſe. Iepthę dux Galaaditarum, reuertens ab habita,de Ammonitis victoria:Cum eum, ſe immolaturum deo, victoriæ largitori vouiſſet : qui primus e domo ſua, ſibi e bello reuertenti,obuius factus eſſet : filiam,quæ vnica illi erat, caſu obuiam , dolens habuit. Et nec tamen illa, in patris votum, reclamauit. Immo virili pectore,ſuaſit illi vt poſtea quam trium ſpacio menſium , ſuam virginitatem

cum coequalibus virginibus fleuiſſet: emiſſa ad deũ vota, impleret, ſe quæ imolaret. Quod pater, & lętus, & mœſtus impleuit, lętus quidẽ ſtrage hoſtium, ac parta victoria, mœſtus, vnicę filię amiſſiõe. Anna Samuelis vidẽtis mater: cum ſterilis eſſet, & ęgre admodum ferret, ęmulę Fenemię, largam prolem habentis, aſſidua, ſuæ ſterilitatis improperia: vt & ſuo dolori, & irrogatę ab ęmula, contumelię, medelam pararet: tota ad dei auxilium, ex nimio animi merore cõfugit. Et cum in orationem, coram Heli ſacerdote, humi proſtrata, cor ſuum effudiſſet: virilem quę a deo prolem expeteret: naſciturũ dei benignitate, pręcibus ſuis annuẽte, ex ſe, filiũ: perpetuo dei obſequio dicauit: ac priuſquã natum vouit. Sic conſecuta, quẽ optabat, lętum ſuę rationis effectum: nõ tam luxuriante natura, quam diuina placata volũtate, maſculinã prolem Samuelem, virtuti prę miſſe orationis conſentaneum (nempe ꝓphetam) impetrauit & genuit. Quem, vbi a lacte, & vberibus ſuis amouit (ne amplius, votũ implere differet) in locum publicę oratiõis, in Sylo, in quo, tum dei archa ſtabat: eum deportauit. Et Heli in ſacerdoti, in poſterum, cum eo, in dei obſequio mãſurũ, commendauit. Quid de Samphonę ditemus, quem iuxta literę ordinem Samueli prę mittere debuimꝰ. Hic quidem, non ex voto, aut ſuo, aut parentum: nazareus fuit, Sed voluntate dei, & denunciatione

angeli,in liberationem populi ſui, in hāc ſor-
tem nat⁹ eſt.Erit enim,inquit ſcriptura, naza
re⁹ex vtero matris ſuę.quaſi dicat,nō ex voto
carnis,aut humanæ voluntatis.Sed ex ſanctio
ne & pręmiſſione dei,naſcetur. vt quādiu na-
zareorum legem,illibatam cuſtodierit: virtute
& fortitudine,aduerſum hoſtes, incomparabi
lis ſit:qua populum ſuum,de manibus eorum
liberet.Huius quidem parentes,non illum,ip-
ſi arbitrio ſuo,deo vouerunt: neque etiam vi-
tæ,quam obſeruaret, legem, ei dederunt. Sed
votum,& pręuiſum a deo:ex vtero genuerūt.
& ritum vitę,quem ab angelo didicerunt, ei-
dem nato,cuſtodiendum dederunt.Scilicet,vt
vinum,& ſiceram,non biberet.Et nec nouacu
la nec ferrum omnino,aſcenderet ſuper caput
eius.Hanc legem,quamdiu ille ſanctam & in-
fractam cuſtodiuit:deum habuit,& ſecum ma
nētem, & aduerſum hoſtes, corporea nazarei
ſui manu decertantem. Aſt vbi muliebri falla
ci deceptus,& deſectis,a nouacula crinibus,tō
ſus:nazareorū legē īfregit:mox deus,ab eo re
ceſſit & tā i fallaciſſimę mulieris quā i hoſtiū
ludibriū derelict⁹: vna,cū priſtinis virib⁹ ocu
los:ſuffodiētib⁹ hoſtib⁹ amiſit.Et in piſtrinū
turpiter aduct⁹:ſeruili de more,ad manuarias
molas religatus,molere iuſſus eſt.Quoad rena
ſcentibus comis, viribuſque vna, velut placa-
to, & redeunte ad ſe deo,receptis: ſupræmam
de hoſtibus,deque ſeipſo vltionē,ſuis ipſe ma

nibus ſumpſit.lex nazareorum,indicta a deo: voluntario,ſuperior,voto erat,cuius peieratio ni,nō defuit in Sampſone, cum viriū amiſſio ne,ſuppliciū.Quod in reliquorū exemplū cō tigit:vt & voluntarij infractioni:formido pœ nę,deeſſe nō debere diſcatur.Vniuerſa Recha bitarum domus:paterno ex voto(nā a Iona dab,filio Rechab,patre ſuo adiurata) prorſus a vino abſtinuit,& vinū non bibit. Cuius ex perimentū,iuſſus eſt a deo, facere Hieremias. Qui,cum ſingulis ipſis, congregatis in ſuam domū:vinū in pateris obtuliſſet : hortans eos vt biberent,bibere ipſi renuerunt,dicentes: ſe id quidem, ex paterno voto,& iuſiurando ha bere:vt inertum,vinū non biberēt,Et vt om ni ſuæ poſteritati,omnino vini vſum,& potū interdicerēt.Atque ob huius paterni voti ob ſeruationem, audierunt a propheta, tāquā ex ore dei,loquente:ſe,quemcunque locū aderēt, habituros deiceps,a facie hoſtiū ſuorū ſalutē. Hieremias,ſanctificat9 a deo, ex vtero matris propheta: ſupra nazareorū legē fuit, quā cu ſtodiens,vinū & ſicerā non bibit: & intonſus ſtetit,& virginitatē excolunt,ac virgo per om nem vitam permanſit. Quanquam id mune ris,cōſecutus eſt,& obſeruauit,non tam de vo luntate parentum,aut ſua,quam ex dei proui dentia. Ioānes baptiſta,nazareorum, iuxta ri tum legis poſtremus:& qui velut exitus,& me ta quędā legis fuit:non tam ex voluntate,aut

parentum, aut ſua: id muneris obtinuit. vt qui etiam potius voluntate & prouidētia dei, quā carnis lenocinio. e ſterilibus, vſq; in ſenectam parentibus natus eſt. Et ea de cauſa, in mūdū venit: vt electum dei, & nazareorū nazareum, pręcurrēs, denūciaret: & viā illius præpararet. Idemque angelus, natiuitatem Ioannis, qui & filij dei, parentibus denunciauit. Et qualis, quantuſque futurus eſſet: & a quibus iuxta & ſupra nazareorum legem, abſtinere deberet, edocuit. vt qui vinum & ſiceram, non bibit, & virgo permanſit, nec inter homines habitauit. Sed ſolitudis amator, ſolitariæ & pluſquā monaſticæ vitæ: rigida exempla, & imitatione digna pręmiſit. Poſt vero, atque etiā, ſupra nazareos omnes: filius dei, & volūtate dei, & angelica denūciatione, & ſtupente natura, ex virgine natus: in hunc mundū itroiuit. qui & in lege, & ſupra legē factus: licet & vinū biberet, & quecunque apponebātur ederet: nazareorū tamen legem, ſuperimpleuit. Vt qui ante admiranda, ſuæ oſtenſionis initia: tam ieiunio quadraginta dierum, & quadraginta noctium quam deſertæ ſolitudinis habitatione: quam demum virginitate, & paupertatis amore (cū nil omnino poſſideret) quam denique incredibili ſanctimonia (cum homo ſupra hominem eſſet) ſanctiſſimę vitæ exēpla effudit. Et cūctis deinceps, non iuxta excellentiā ipſius: ſed mediocriter, & iuxta mediū: vel voluntarie, vel ex

voto,aut ſuo aut parentum, imitanda propoſuit.Qui licet tantus eſſet,& nil,ipſe non poſſet:de eo tamẽ,dicit ſcriptura:cum adhuc duodecim eſſet annorum:& necdum per aetatem adoleuiſſet:& erat ſubdit⁹ illis,Sed iam de eo vt qui ſupra hominem erat: & nec poſſibilis imitatu eius conuerſatio fuerit: non plura dicemus. Sed in eo, velut in prominenti ſcopo. & inattingibili exemplari, humanarũ omniũ imitationum,& vitarum ſunt labia cohibẽda. Nam & de voto,& libero arbitrio,& de poſtremo poteſtate parentum, in filios nundũ adultos, ſat longus a nobis pręmiſſus ſermo: ora iam hic noſtra, oportunæ occludi iubet.

¶Caroli bouilli Samarobrini de indifferentia orationis libellus.

¶Teſtimonium triplicis orationis, ab oratione dominica deſumptum.

Caput.i.

CVm non immemores ſimus, nos in quodã opere, humanã orationem: triplici gradu diſſecuiſſe: fruſtra Hic fuerit, ſemel a nobis expreſſũ, orationis numerum reſumere. Attamen quia circa ſtipitẽ orationis: plurima cotidie pullullant, & erumpunt, impertinentium quarundam nouitatum virgulta: ideo hic ea ſuccidere, & ſtirpit⁹ euellere moliemur. Quod quidem priuſquam fecerimus: ne calamo, interim, ocioſo quietem demus: opereprecium imprimis fuerit: triplicis teſtimonium orationis, poſtulanti exhibere. Si quis igitur id quidem modo poſtularit: iubemus hunc cũprimis: præ mente reponere: eam omnium potiſſimam, & pręcipuam orationem quam vulgo dominicam, ab authoris dignitate non immerito appellant. Hæc enim eſt, quam petentibus diſcipulis, in hunc modum, dominæ doce nos orare: ſacro ore, dominus (vt in euangelio eſt) ex-

preſſit. Quippe qui adhuc rudes erant, & nun dum ignea ſpirituſſancti virtute celitus affla=ti. Et ideo ad orandum, haud per ſeipſos ido=nei. Huius igitur mirificæ orationis ſeriē, qui ante circunſpectæ mētis oculos habuerit: ſena rio numero, eandē diſtinguere debet. Nam ſe narius numerus, ingenti myſterio non caret. Vt qui numerus eſt hominis: ſexta a deo pro=geniti die. Ac vbi rite hoc fecerit: & tergemi=nas illius partes dederit: mirabitur in illius ſuc cincta breuitate, diuino contexta artificio: ea quidem, & quę dei ſūt, & quę corporis, & quę etiam animi, nō deeſſe. Pars quippe illius pri ma: eleuans hominis oculū, ab imis: Et exclu=ſa veteris teſtamenti ſeruitute: iuxta prçſentē filiorum adoptionem, paternam, deo, tribuit appellationem. Cum excellēs dei: in cœleſti ſe de recumbentis nomen: humanis ſanctifican dum labijs eſſe docet. Secunda, cum, regni dei verbis patentibus, expoſtulet aduētum: etiam ſub ſilentio, tolli orat eius rei contrarium. Cū ſuppreſſis, tacitiſque labijs, excludi a mundo Sahanam præoptet. Et tyrannicam regni ip=ſius vim, pacifico & mitiſſimo dei regno, ad=uerſantem: imminui, & e medio exterminari flagitet. Tertia omniū in terris habitantium hominū voluntates: orat diuinæ fieri, volun=tati conformes. Vt nil omnino, ſub cœlis ſit: quod diuino nitatur obſiſtere conſilio. Quan=quā nulla ſit virtus; quę aduerſum deū, quid

poſſit. Queādmodū & āgelica omnis volūtas, nōmodo i ſuo genere, ſecū ipſa vnanimis fit. Sed & diuinæ etiā obtēperās eſt, & cōformis volūtati. Quarta, dū oculū iam a deo, paulo in ima ſubdicit: cotidianū eſurięri corpori panē, īdulgeri prouidet. Cū pane, itellige & neceſſariū corpori veſtimētū, & pręſtātiorē indumāto, habitū ſanitatis, qua ſine, corpus quidē, nō ſe bene habet. Et animā in ſeipſo, egre admodū tolerat, ac defert Immo & anima demū ipſa: cum ſanitas defuerit: haud deo rite famulatur. Cotidianū quidē duntaxat, hęc oratio, panē petit, qui hodierne tātū famis, īcōmoda leuet. Cū ſcriptum eſſe meminerit: ſufficiat diei malitia ſua. Nolite ſolliciti eſſe, de craſtio. Craſtin⁹ eni dies, ſollicit⁹ erit ſibiįpſi. Quinta noſtrę oratiōis pars, iplorat animā, a graui peccatorū ſarcina, deo ferreas eorum cathenas confringēte: fieri liberā. Et obteſtatur (quo facili⁹ diuinæ in nos, miſerationis venia flectatur) quēlibet pari īdulgētiæ lāce, in proximū ſuū, ſe habere. Ideſt ignoſcere ac remittere, illi offenſas, nec illicitę deſiderio vltionis: ferali potius, quam humano ritu, truci erga eum, bili incādeſcere. Sexta animam, velut iam quam prius incolumiorē. (Quippe exoneratā a ferreis peccatorum cathenis) conſeruari, in ſtatu petit, orat que, ne denuo, in vicium redeat. Et ne per īuiſibiles aſtus, ac clandeſtinas tentationes dæmonum, in vomitum peccatorum

aut in antiquorũ cõpedes malorum, vt prius relabi ſignatur. Nihil itaque, huic ſacratiſſimę orationi, deeſſe comperiet, quiſque diligẽs ſingulorum inſpector: quominus ſufficiẽs ſit, & apta ſeries illius, ac tribus funiculis iure diſpartienda. Poſtulat enim, & ea imprimis, quę dei ſunt, deinde & ea quę ad totius hominis ſalutem, videntur accomoda, non omittit. In quibus duobus: vtramq; hominis intẽtionem, & omnium humanarum actionum finẽ comprehendit. Nec mirum id, cuiquam eſſe debuerit. Vt pote, quæ a diuini, & ſuper humani ingenij fonte: eius, qui & deus erat, & homo, manauit. Qui talem, tantamque eam exhibuit: vt nihil omnino, tam diuini honoris, quam totius profecto humanæ neceſſitatis, omiſiſſe potuerit. Etenim ſacratiſſimus illius author: cum inter homines, adhuc viuens, primam dei: Secundam hominum rationem, habendam cẽſeret: rite. hoc eloquio, humanarum actionum fines, intentioneſque direxit. Cum præcipiens ſint, dixit: Petite inquit, primum quidem ea, quæ dei ſunt, Et cætera exindæ omnia, adijcientur vobis, Hoc enĩ eloquio, & ſolutari præceptiõe: geminas hominum intentiones, aptiſſime diduxit, quarũ exemplũ, a Salomone mutuatũ, hic ſubſcribere, inutile non fuerit. Salomon, cum in initio regni ſui, ingẽs ſacrificium, deo, in excelſo Gabaon obtuliſſet: apparens ei eadem nocte, per ſomnũ

deus:optionem dedit,petēdi a ſe, quod vellet Qui ad diuinæ apparitionis allocutionem,ex pergiſcens: non(vt humana ſolet cupiditas) caducum,temporarium ve munus,a deo petiuit, vti non hoſtium victoriam, non perituram mundi gloriam,non fugacium diuitiarū abūdantiam.Sed ſe numeroſi populi regem, dei voluntate inſtitutum reminiſcens:ſapiētiam, ad faciundum,in eo,cui pręeſſet populo,iudicium,a deo poſtulauit.Lętatus igitur honeſta & ſalutari petitione deus:qua,ea quidem,quę dei ſunt,his, quę ſunt hominum, prętuliſſet: mox petitioni illius,largiſſime annuit. Dedit enim illi,& ſapientiam:quantam. nullus mortalium ante ipſum habuit.Et quantam etiam poſt eum hominū nullus eſſet habiturus. Sed & ea etiam,quæ non petierat, quę proſint ad tuendum,adeptę ſapientiæ faſtigium, & honorandam maieſtatem illius:benigne illi condonauit.Vti ſummam diuitiarum opulentiā, pacem per gyrum, & ingentem vulgatiſſimi ſui nominis famam. Hęc quidē munera Salomonis oratio:humanarum intentionum & finium obſeruatrix, a deo facile promeruit: & exemplum poſteris, imitatione dignum pręmiſit.

¶Haud eſſe,vt nōnullis placet, myſticas omnes ſcripturas,in vernā,maternam ve linguam, nullis ignotam

vertendas. Caput.ij.

CAEterũ, poſteaquam occaſio lucte non deeſt: ob quã, tẽpeſtinę, ingreſſi in ſermonẽ, de oratiõe ſumus: opus eſt, priuſ quám illi finẽ demus: nos paru̅mper cum aduerſarijs congredi. Expedit enim, obuiam ire, & molẽ opponere, emergenti cuidam, erga orationẽ nouitati, Cum non ignoremus, nõnullos nũc in eam opinionẽ veniſſe: qua dicãt, ac velint, debere quemlibet, ſacra, erga deum animi deuotione flagrantẽ: duntaxat materna ſua lingua orare. Cordiſque ſui affectus, eo tantummodo ſermone, quem quilibet orãs intelligit: eſſe coram deo, noſcẽte omnia exprimẽdos. Dicunt enim hi, frigidam quidem eſſe, & meriti forte exigui, aut etiam momenti nullius, eam orationem: quę ab ore alicuius, ſub ignotæ linguæ, & peregrini idiomatis velamine profertur, Vt pote quę ſit extra poteſtatem orantis. Nec claues habeat is, qui orat: introſpiciendi, quidnam ipſe, intra ignoti ſcrinium ſermõis, deo offert, vel quid ab eo poſtulet. Et non tantum de oratione, hęc inter nõnullos, inualuit ſiniſtra opinio. Verumetiam vſqueadeo, aucta eſt, eorum futilis, & ſtolida prorſus exiſtimatio: vt altiore iam radice, in eorum mentibus ſederit. Et ſentẽtiæ huic, quamplurimi & e do

ctorum,& e plębis numero,e quę mulierculaꝛ
rū grege,publica manu ſuſcribant.Qui velint
archana & occultiſſima dei myſteria,debere il
lico,in propatulū agi. Et ea, quę deus, noſtre
ſalutis gratia,multis obtecta velaminibus pro
phetico ore,nobis benigne indulſit: Haud alꝛ
terius omnino,quā in publici ſermonis vaſcuꝛ
lo,debere recondi. Querūtur enim hi, nō ſolū
fruſtra,ſed & crudeliter & omnino impie, ab
plębeię,& vtvolunt ſciendi cupidæ multitudi
nis: ea per diuerſi & ignoti ſermonis latebras
abduci,occuli,amoueri:quę a deo, promiſcue,
in ſalutē omniū, ad nos vſque prodiere. Hos
alit ad pręſens, nō minima chriſtianæ plæbis
portio.noxios ī corde calculos.Quę doctis ꝓꝛ
pterea,obſtrepit,viris aduerſum quę eos, alta
obiurgatione reclamat,ac dicit, ſe quidē iniuꝛ
ria,diuinorū arceri,priuariq́ myſteriorū aſpeꝛ
ctu,ſalutiſque viā,ſibi indigne pręcludi,& alꝛ
tis molibus obſtrui.Cupit enim alioqui, nuda
omnia ſibi detegi:cūcta quę ideo diuinarū reꝛ
rum velamina reſcidi,ac perūpi debere iurgaꝛ
tur.Vt peruijs & patētibus ijs, queque ſalutaꝛ
ria & vtilia hominibus ſunt : queat infirmior
etiā oculus,ad eorum contuitum,libere admit
ti. Et inconniuenti acie,ea ſpectare, & palam
agnoſcere: quę ad ſe pertinent, diuinarum aꝛ
larum remigia : quibus, naufraga hęc ęquoꝛ
ra,ſecure tranet,& in portum ſalutis euadat,

Reſponſio ad inſtantias pręcedentes. Caput.iij.

IAm ſingillatim, propoſitarū diluendi ſunt,nodi inſtantiarum,propter quos, a veteri teſtamento, rem noſtram exordiemur.Deus enim, in initio apparitionis ſuę,ad populum Hebręorum: non illico nudus, illis innotuiſſe voluit, Qui in initio in columna ignis & nubis,illis apparuit.Et ſanxerit, cumprimis ſancta ſanctorum, ab oculis indoctę plębis ſacris quibuſdā velaminibus, digno artificio ex cogitatis,dirimi oportere. Qui etiam nulli, quā ſoli ſummo ſacerdoti,in ea ingrediendi,poteſtatem tribuit.Nōne etiam & Chriſtus, latam hominum, & hominum diſtinctionem fecit. Cum ipſe,qui noui teſtamenti initium, & totius regenerationis,nouę quæ diuinę apparitiōis origo fuit:ſuis dixit:Vobis quidem datū eſt,palam noſſe regnum cœlorum:illis autem in parabolis eſt datum.Et rurſum, nolite ſanctum dare canibus. Neq; abijcere margaritas ante porcos,ne forte pedibus ſuis conculcent eas.Hanc etiam hominum diſtinctionem,inter ſancta & non ſancta,in eccleſia eſſe faciundam,expreſſit olim, hec vox multitudinis Hebręorū,in deſerto. Cum,loquente ad eos deo, e flammantis montis caligine , exterriti di-

xerunt Moyſi: loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Nuda enim dei vox, cum illos, ſuo tonitru exterruerit: non ab re, interponenda mediatoris vox fuit, quę velut diuinę vocis interpres, vna quidē & myſteria abdiret, & ſub velamine, nichilominus ea propalaret. Et terrorem diuinæ vocis, mitiori famulariq; ſono leniret. Chriſti quoque perſona, & ſacratiſſima ſubſtantia: ſi quidnam ipſa eſt, rite penſemus nequaquam ob diuinarum velamina rerū iurgabimur. In ea enim quid reperimus, niſi ſacrum quemdā icolatum diuinitatis: quę haud illico nuda, oculis patuit. Sed velo tecta innoxię humanitatis, conuerſari in terris, cum hominibus voluerit. Id enim apoſtolica relatio, fideſue edocuit. Quę nos aperte inſtruxit: velis, ænigmatis, parabolis, & ambiguis ſermonibus: myſtica & ſublimia dei ſenſa, eſſe ſacratius obtegenda. Et ab oculis, prophanę, imperitæ que multitudinis defendēda. Si enim, vt Salomoni placet, nihil eſt hominis oculo, nequius: etiam facile nobis perſuadem⁹, oculum nequiorem, eſſe nullum: oculo indoctę plębis, qui facile, in ſiniſtrum, eius rei iudiciū, & contemptum venit: quam cotidiano, frequētique aſpectu cernit. Hęc igitur in tranſitu, ſat ſint, reclamationi & obiurgationi imperitorū hominum volentiū, in ſancta ſanctorum, temere irrumpere, & quaſi nudam, illotis manibus

ac pedibus,parpare deitatẽ. Hos enim memi=
niſſe oportet:vt ab īperita obiurgatiōe ſileāt,
perijſſe ſeptuaginta hominū, & qudē hebręo
rum millia,ī Bethel,eorū: qui cū meterẽt ſege
tẽ,in agro:archā dei, a philiſtęis, e captiuitate
remiſſam:nudis oculis (Id enim ex lege,illici=
tū erat) aſpexere. Quapropter,cęteri qui ab ea
clade,ſuperſtites euaſere:cernẽtes attoniti,tan
tam ſtragẽ,iuuiſibili gladio in populo dei fie
ri:gementes dixerūt: Quis poterit ſtare:in cō
ſpectu dei ſancti hui⁹. Omnes moriemur. Me
minerint etiā hi, præter rationem queruli:&
qui diuīa omnia,ſibi nuda ꝓpalari depoſcūt:
qui nudas manus,aut oculos, his quę ſupra ſe
ſunt,admouere cupiūt, temeritatis Nadab &
Abiud,Oze & Ozię,vt diſcant, quā periculo=
ſum ſit, ſancta præter dignitatẽ,atque officiū
contingere. Audiant demū,quid in Eſdra ſcri
ptum eſt: Priora īquam quę ſcripſiſti, in palā
pone:& legant digni,& indigni. Nouiſſimos
autem ſeptuagīta libros, reſeruabis. vt tradas
eos,ſapiẽtibus de populo tuo. In his enim eſt
vena intellectus,& ſciẽtię fons & ſapiẽtię flu
men. Sed iam etiā opus eſt, vt priori quoque
dubio medela ſua non negetur. Quo,nōnulli
contendunt,nutritia tantummodo.& familia
ri lingua,eſſe orandum. Hic enim ſcrupus,li=
cet paulo leuior ſit, & videatur ea, quā nuper
diſcuſſimus opinione, minus ſane vulnus er=
ranti infligere: ocius tamē eſt, monitas illius,

quippe virulenta, ab animis abigenda.

¶ Orationem, in omni lingua ex= preſſam, & vtilem & dignam eſſe. Non tamen infructuoſam eſſe ora= tionem, qua, quis, diſerta, ornata & ignota ſibi lingua orat.

Caput.iiij.

Duobus incommodis, ſuſtulim⁹ primo loco poſterius, quod diui= norum myſteriorũ dignitatẽ, nu dam illico propalari debere, nec congruis velaminibus, a propha notũ & imperitorũ oculis, defendi & ſecerni opus eſſe voluit. Et quod, ĩdulta diuinitus, no ſtrę ſalutis arcana, mox in planã, & notã cun= ctis linguã, tranſferri oportere, inſolẽter & cũ iurgio poſtulauit. Nunc ergo opus eſt, primũ, poſteriore loco ſucidere. vt quod humanã qui dem orationem repudiat, ac faſtidit eam quę peregrina, & ignota lingua fit. Et nonmodo orationem, citra familiarem, maternum que ſermonem, faſtidit: ne dicam, quoniam dam= nat, immo illius præmia, & merita, præter ra= tionem, & ſine cauſa, exterminare audet, Hęc nouitas quidem, iniqua eſt, & mox e fide= lium mentibus, vel authoritate, vel ratione, vel quauis ſimilitudinum perſuaſione, velut

idoneo ad id ſarculo,euelléda,Dicimus igitur vt citius,noxios, & alte pullullantes,illius ſurculos amputemus:deum,non tam labiorũ florem,& inanium verborum attẽdere colorem quam ſecretorum cordium, & archanarũ cogitationum, atque intentionum eſſe inſpectorem. Quamobrem mentalem orationem: velut e penetralibus, & ſinibus ignei cordis naſcentem,deo amplius placere, quam ſterilem dũtaxat, motũ labiorũ altiore cordis radice & vegeto deuotionis igne carentem. Nihil quæ differre,aut ad rei ſubſtãtiã: plus minuſue pertinere:qua voce,illa e cordis fõte exeat:& per oris organũ,extrinſecus tandẽ promineat:quibus verbis,auras euerberet, & ad aures vſque dei eat.Nihil enim prorſ9,varietas linguę,nihil cuiuſcunque idiomatis, pictum vario colore velamen,facit: ad orationis ipſius, modo e cordis latice,prodeuntis ſubſtantiã, aut formitatẽ immutandã.Nil enim refert, quo minus placeat illi:qui & e longe.& e prope,corda hominũ ſcrutatur.Et qui ad vere pœnitẽtię remedia:plus corda ipſa ſcindi,quã veſtimenta debere,ore prophetarum preænunciauit.Et qui etiã in ꝓpheta dixit:auffer a me tumultũ carminũ tuorũ:Non enim exaudiã te.Vbi per tumultũ carminũ,intelligi poteſt,nõ aliud: quã cõpta humano de more,verborũ elegantia, & pruriens laſciuienſque in oratione, ſermonũ emodulatio,minus interim placens deo: quã

breuis oratio(quę vt fertur, velut ociſſima ſagitta, penetrat in cœlos) vel quā etiā ſilentiū oris, in lata corā deo attritione & reſeratione cordis:lachrimas reatuum ablutrices gignentis.Si enim vt ait ſcriptura, homini parēt ea, quę foris ſunt: deus autē intuetur cor: Si etiā & ſilentio,deus,magis interdū, quam multiloquio honoratur:perſpicuū eſt,eos, qui in oratione,ad deum,pro qua volueris re, fundenda mollibus auribus pruriunt: qui nitido verborū lepore,orationē magnopere comūt,ac poliunt:in id propheticę redargutionis incidere,potiuſquā ſibijpſis prodeſſe: Populus hic, labijs,me honorat. Cor autem eorum, longe eſt,a me.

Deum inſpectorem eſſe cordium, & arcanarum cagitationum,potiuſquam exactorem.nitidę vocis, & culti,ac lepidi ſermonis.

Caput.v.

ſ Ed vt de ipſo ſermonis & orationis pallio: paucula, obiter dicamꝰ:quid ſermo oro eſt:niſi, vt lenis cortex arboris:tegēs,interiorem cordis ſuccū. Et operiēs ea, quę extra animi fonticulum,erūpere, & foras prodire geſtiunt? Quid etiam niſi arbitrariū, quoddā velū, & operimentū, arcanarū animi

notionum?Voces,paleę ſunt.Animi notiões, tritici pondus habent.Et is,qui plus ęquo,commendis in oratioue,& adornandis vocũ colo ribus,inanẽ operã nauat:æmulus eius eſt:qui in ortulo,vel certę in agro domini ſui,ſerit paleas.Quam meſſem facturus ſit:& quã ſuo tẽpore,eorum quę ſeuerit,præſtolaturus areã, vi deat ipſe.Ergo in oratione,ea pręſertim, quæ ad deum fit,quæ aduerſum ingruẽtia cotidie incommoda,vti bellorũ,peſtis,famis,egrimonię,inopię,aut alterius cuiuſuis preſſurę: citã a deo,remediorum medelã implorat nullũ magnopere extollimus ſermonẽ,nullũ dãnamus Cum deus,non tam ſermonis ornatu lętetur: nec tam illius impolitura, & aſperitate offẽdatur:quam thuricremo eximij affectus incẽſo, e ſincero orantis corde,ad ſe vſque ſcandente placetur. Vt qui ad comptum & ornatum verborum,obſtruens aures:opponenſque nubem ſibi,ne emodalata,in flore labiorum tranſeat oratio:ſolam interiorum animi affectũ vim & intẽtionẽ,ac deuotionẽ orantis:cordiſq; illius ſinceritatem,blanda manu libret.ac ponderet Prouoſque oculos,& aures, adaperiat: i veniã rite & ſolide oranti,tribuendam. In originali mundo fratres erant Cain & Abel. Ambo ſacrificioſa,ſuis de rebus, deo obtulerũt. Hic,de primogenitis ouium ſuarum, Ille, ex adipib9 & frugibus terræ,placare deum niſ9 eſt.Diſcetor cogitationũ,& inſpector cordium deus: ad

huius ſacrificia reſpexit. Ab illius vero ſacrifi
cijs, oculos auertit, nec ea omnino reſpexit: vn
de cōflata in hunc ab illos inuidię lues, ſenio=
ris manus, in iunioris necē impediuit. Et ſitiē
tē terrā, prima hūani cruoris aſperſione riga=
uit. Hoc quidē ipſum interpoſuim⁹, nō omni
no impertinēs vt analogię ſimilitudinē, in fa
ciūdo oratiōis diſcrimine noſceremus. Eſt enī
oratio, ſacrificiū quiddā, imo eximia, & apud
deū grādis oblatio. Et orare, quidnā aliud eſt,
quā ſacrificiū īſigne, deo exhibere? Aſt hi, qui
in oratiōe, pfūdi ſūt: & deo, offerūt cor: hi pla
ne ab imitatiōe Abel iuſti, & placētis deo mo
uētur: viuā hoſtiā, & īmaculatā, deo offerētes.
Qui autē ſegnes in oratiōe, deſerūt, mētē: hi ī
veſtibulo oris ſoli⁹ male ſedēt: & ſonora dūta
xat verborū tintinabula, offerūt deo. Et quia
radicē nō hñt, a virēti ſucco orōis aruerūt. Et
īſtar ipij Cain, rē aridā, & pręmortuā cū, deo, ī
olocauſtū, offerre pręſumāt: digni exaudiri nō
ſūt, vt qui quidē corde egelidi, oculos dei, a ſe
auertūt poti⁹ quā illos, ī ſui miſerationē, & ſui
ſacrificij īſpectionē alliciāt. Placuerūt quōdā
deo, pl⁹ cęteris hoīb⁹ viri nazaræi: comis crimī
nibuſue iculti, quos nouacula, nec ferrū vllū, ī
adornandam cæſariē tetigiſſet. Placuit & illi,
quondam habitare, in templo, vt ita dicamus
nazarǫo: ideſt de inſectis, impolitiſque lapidi=
bus: quos ferrū non contigiſſet extructo. Non
igitur min⁹ illi placebit, oratio paulo icultior

verbis,& nullo vocum decore,conciſa & venu
ſtata,Ad orationis enim ornatū, quātominus
operę,& curę oculus prębet orantis: tanto in
terim ſolidior in corde, radius illius ſedet. Et
tanto vigilantior eſt mēſi: vt mundū, & odo=
rū,e fonte cordis thus, ſacro deuotionis & fer
uoris igne dilutū:in vapore & fumo perſuaui
ad deum vſque ſcandere elaboret. Cęterū,nul=
lam vt vt diximus,prorſus orationē dānamus
quam indifferentē ſaltē in ſermonis tegmine
facimus. Ideſt nihilū prorſus, ob ſolius ſermo
nis.vel culti vel inculti palliū,exaudiri dignā,
vel indignā,Cum iuxta dūtaxat affectus cor=
dium,& intentionū:ſit metiēdū,apud deum,
& in iuſta reponēdum ſtatera,ſacrum pondus
orationum.

¶ Cogitationes mentis, pares vbi= que eſſe, quę diuerſis ſermonibus & linguis enunciātur. Et plus etiam ne ceſſitatis, in nobis habere cordis co= gitationes, quam ſermones, & voces. Caput.vj.

ET Si quis arguet, nos quidem in
oratiõe, quam fundimus ad deū:
ideo non magni facere, ſolas vo=
cū paleas: eo ꝙ arbitrarie prorſꝰ
ſunt:Quamobrem & eodem iure,
non magni etiam debere, a nobis fieri, ſecre=

tas mentis cogitationes : quę ab arbitrio etiā noſtro,libere in mente ſcaturiunt:dicimus iuſtam quidem comparationem,hanc non eſſe. Cum plus vtique habeant neceſſitatis, in nobis:arcanę cogitationes mentis: tamet ſi libere,& voluntariæ ſunt:quam cuiuſuis pallia ſermonis.Nam pares ſunt omnino cogitationes in mente: quas diuerſis ſermonum, linguarū & idiomatū generibus libet veſtire, & forinſecus exprimere. Vnius autem ſermonis: vnica mens eſt,& par intelligētia. Cum tamē vnius mentis,eiuſdem ve intelligentiæ & cogitationis:vox ſit plurifaria,& iuxta linguas,ac labia nationum,& populorū,late diſpartienda. Ad de ꝙ non prorſus,ab arbitrio,ipſi, noſtro oramus,ſed ſępenumero,ad ſacrę orationis pręſidia,coacti,& neceſſitate ipſa compulſi procurrimus.Et non etiam iuxta id, quodcūque penſare voluerimus,oramus. ſed ſæpius ſecundū noſtrarum neceſſitatum,& cotidianarum indigentiarum exigētiam, fundimus orationem, non diu antea præmeditatam, & vocibus excultam.Sępe enim numero,repente, & ex tēpore,oramus.Et qualemcunque,eorū, quibus indigemus vel bonorum,poſtulatoriā: vel malorum propulſatricem,deo orationem exhibemus.Et impetratis tandem ab eo,his, quæ digne,& rite poſtulauerimꝰ:mox non immemores gratiarum,in illius laudem,feſtiui,hilareſque prorumpimꝰ.Et ſi quis,a ſacris eloquijs,

eius rei exemplum,deferri poſtulet in mediũ: præſto eſt id,quod edoceat, minus ſuppetere palliamenta vocum, in oratione. Verũ cordis affectus,ea in re,precipuos eſſe. Atque etiã ex neceſſitate,ingruentis incommodi, vel lenien di doloris,aut tollendi opprobrij, orationẽ ad deum,non tam ex longa premeditatione,quã ex tempore,fundi debere. Ad orationẽ enim Annæ, matris Samuelis, in ſacris literis expreſſam: eius rei gratia conuolemus. Hęc pro fecto huic,quã verſamus rei, teſtimoniũ quæ rẽtibus offert,Nam cum Anna, non omnino arbitratu ſuo,ſed ex nimio animi mœrore, cõ trã archa dei,proſtrata oraret: adeo præ cordis dolore,extra ſe facta eſt,vt vix labia illi⁹, etiã ſummiſſiſſima voce, moueri viderẽtur.Et nec vox vlla, penitus,a vicino ſacerdote exaudire tur.Quam propterea, ratus Hęli temulentam & inſtar filiarum belial,a nimia vini potione madentem: his illico verbis, eam ſeuere incre puit.Vſquequo ebria eris, digere pauliſper vi num quo mades.Cui proba & pia mulier: cũ non a vino ebria ĩcaluiſſet: ſed ab animi,quẽ coram deo effuderat amaritudine, abſorberetur:reſpondit ſe quidem, haud eſſe, e filiabus belial,quæ a vini intẽperantia,ſibi prophane illudi pateretur,ſed ex abundantia,triſtitiæ & mœroris,effudiſſe in oratiõe,cor ſuum,coram domino.Manifeſtũ itaque eſt, quoniam ſicut huius ſanctę mulieris oratio:abundantiã cor-

dis & igneæ deuotiõis habuit: vt pene ſilẽtiũ labijs,ĩ exceſſu mẽtis facta ĩpoſuerit:ita & fuerit vis illius ſancta,efficax,ac digna exaudiri. Et illuſtriſſimũ virũ,ſanctitudine & ꝓphetia clarũ,a deo facillime ĩpetrarit.Nullũ igitur(vt adhuc ſemel,iã dicta reſumamus)in oratione, quæ ab hominibꝰ,ad deũ exhibetur, dãnamꝰ ſermonẽ.Nullã prorſꝰ facimus,nauci,linguã. Et ſeuvernã,ſeu latinã,ſeu familiarẽ,ſeu ignotã quã volueris,ĩ miniſterio oratiõis:velut vtilẽ & iteriorũ cordis affectionũ declaratricẽ,vltro amplectimur.Et nec cultũ, leporẽ ve labiorum,nec aſperitatẽ vocum, fœlicitati oratiõis obeſſe:vel differentiã,apud deũ afferre cauſamur.Non enim humano de more:deꝰ,aut cultiore verborũ nitore, propẽſior erga nos fit, vel aſperiore vocũ,e ſingultu cordis naſcẽtiũ modulamine: aut aures occludit,aut oculos auertit.Et nec demũ, ob eorũ alterutrũ vel pia ſuper nos,viſcera adaperit:vt pręmia oratiõis ob oris facundiã ampliora ĩpẽdat:vel manus cõtrahit:vt ea minuat, ob aſperitatẽ labiorũ. Quõdã plurimi idiotę,& literarũ exptes oĩm, tacito ore & abſque omni voce, in ſenſu ſuo orãtes,cœlos rapuerunt.Vbi plurimi e doctis, in ſermonis ſui grauitate,& cõptorũ ad põpã verborũ,claritudine:non modo,nil a duo obtinere potuere,ſed etiã in ſuis adinuẽtionibus, naufragi periere. In illis, viguit imitationis exemplum:profuit ſolida& indecliuis a boną

actio,& perfecta vitæ itegritas. Quæ abſque interdum voce ſubſtantialem ad deum,oratio nis vim ſuppleuit. In his,tumor facundię,faſtus eloquentiæ,elatio doctrinæ, & inanis exultorum labiorum fiducia: nihil ad deũ vſq;, perferre valuit: & plane in illius aurib⁹ obmu tuit. Scriptũ eſt de deo,loquente ad Cain,poſt fratris ſui parricidium. Vox ſanguinis fratris tui,clamat ad me de terra. Si fuſi ſanguinis vox(cum tamen ſine voce,ſit ſanguis)fraternæ necis ſcelus, coram deo, eloquuta, & ob id vltionẽ petens, queſta eſt:cur fida & probata iuſtorũ hominũ opera,nõ licebit dicere ſua ip ſorum acta, coram deo, omnia e cœlis inſpectante,abſque voce effari,& in ſublimi cœlo, etiam proloqui,fidũque teſtimonium ſui,ſuperis ciuibus exhibere. Quemadmodũ,& iniquorum hominum opera(& ſi vocis officium abſtuleris)ſeſe ipſa,diuinis in auribus,palam eloquuntur. Hæc dicimus: non vt vocis, vtile miniſterium damnemus: ſed vt minus quidẽ voci ipſi, & ſermoni: Plus autem & præſtantius,ipſi rei,& actioni, ſiue cuiuſcunque vitæ imitationi,tribuamus.

¶In oratione, quę minus intelligitur,neceſſariam eſſe orantis, fidem, quę,maiorum deferat authoritati,dignitatem. Caput.vij.

QVanquam nō minus vtile hominibus,quam iocundū, gratum quæ deo, vocis miniſterium & obſequium nō damnamus:licet minus illi,quam rei ipſi tribuamus: eam tamē mox nonnullorum opinionē repudiamus, & explodimꝰ:quæ velit,debere quēlibet,ea, quą natꝰ eſt verna,& familiari līgua orare,quā ſcilicet a maternis vberibꝰ cū lacte ipſe ībiberit Hi quidem,qui iſtiuſmodi opinionis ſunt:imperite ꝓfecto, ac ſtolide, ob diuerſitatē ſermonis,illico vim,efficaciam, ac ſanctimoniā orationis,eiuſque præmia, ac merita, indigne vt diximus excludunt. Atqui ob organa & modulamina vocum:nec cordis affectus immutauimus: nec orationis differentiam, apud deū induximus vllam. Arguūt autem iſti,qui nullum in oratiōe,præter familiarem,notumque ſermonem recipiunt:fruſtra in ignotæ, diuerſę que linguæ miniſterio : quoſdam orare, & petere a deo ea quę neſciūt. Culpant que,eos temere,diſſonantia labijs ſuis verba, emodulari:in eorum efflagitatione & affatu, quę non intelligunt.Cum debeat,vt aiunt,ante orationis primordia:noſſe quilibet,qua ipſe re indigeat:& quidnam a deo petiturꝰ, in templum celer excurrat. Ad hęc dicimus, non ſpernandam,nec minimi eſſe faciundam priſcorū authoritatem ſanctorum,qui pſalmos, & cætera

ſacrarum orationum eloquia: rite & a ſpiritu ſancto acti, deoque pleni dictauerunt. Qui in ſupplendã, multorum: orationis modos, ignorãtiũ imperitiã: plurima adinuenerunt, & congruis velaminibus texerunt. Quod & dominus, vt in huius operis initio diximus: in apoſtolis fecit. Cum eos, petentes quidem, & ignorãtiã ſuã confitentes, orare docuit. Et licet materna lingua (niempe Hebræa) ſacrum illis orãdi modum expreſſerit: & mirificã illã (quæ ab eis, ad nos vſque manauit) orationem dictauerit: mundum tamen, ante aduentum ſpirituſſancti, ſingula eius orationis dicteria, & interualla agnoſcebãt. Nam quis, illius pater eſſet: Quodnam regnum cœlorum, vẽturũ pręſtolaturi eſſet. Qualiter item, & quot vicibus, peccãti in nos proximo, eſſet ignoſcendum, plane ignorabãt. Teſtis eius rei, eſt Philippus, cum non minus de illius patre, ambiguus, quã noſcendi cupidus, illi ſuggeſſit: Domine, oſtende nobis patrẽ, & ſufficit nobis. Teſtis & Petrus, cum dixit: Quouſque peccabit in me, frater meus, & dimittam ei, vſque ſepties? Cum etiam vnanimes diſcipuli, de ipſius regno adhuc incerti: percontati ſunt ab eo. Quod ſignum aduentus tui: Hęc quidem interrogata, oſtendebant eos (quippe nundum a ſpiritu illuſtratos) adhuc in dominicæ orationis intelligentia, obnubilatos mentis oculos habere, quam tamẽ pręuia fide & authoritate tribu=

tis humiles ſuſcepere: & fidelium poſteritati, poſt ſe, obſeruandam dedere. In infirmis igitur, & non intelligentibus, eam rem: quam vel familiari, vel diuerſa, & ignota prorſus lingua orant: inſtar apoſtolorum, neceſſaria fides eſt credentis, quę pronas ceruices infirmiorum: ſubmittat authoritati maiorum, Bona eſt, & placens deo, intellecta oratio: naſcens e proprij cordis armario, vel etiam e dictamine viri alterius authoritate pollētis mutuata: & verſa in idoneū vſum ſingulorū. Sed non ideo, ea que non intelligitur: quā ignoto nobis ſermone, ex ore & corde proferim⁹, mala eſt: aut apud deum, meriti nullius, vel penitus infructuoſa. In illa quidem, ſimile quiddam fit, ac ſi in conuiuio, neceſſaria eſca, proprijs manibus paretur: & bene habenti ſtomacho vel hiulco ori, admoueatur. In hac, fides viget, quæ omne obſequium, ſufficienſque miniſterium, apud credentes ſupplet. Et in qua velut a pręparata, alienis manibus eſca: valitudinarij aluntur: & fœlici nihilominus conuiuio impingantur. A cunctiſque, pręſentis inopię & malorum omnium incommodis: deo, aures adaperiente, & blandas ab alto, ad nos vſque, manus exporrigente liberantur. Quamobrem ſicut in humanis, fit diſciplinis: ita & in humana oratione (quam ad deum ſcandere, & per manus angelorum, illi offerri cupimus)

fieri,& accidere putādum eſt. In humanis di=ſciplinis,neceſſaria eſt,accedētis,ad ardua no=ſcēda diſcipuli:& fides,& ratio. Fides quidem prior & præcurrens:quę vtilis ſit, ad noſcēda queque ſitu difficillima: ante demōſtrationis officium,quod exinde ſingulorū lumē affert. Ratio poſterior:quę ſubſequatur, & cōtingat in rebus arduis:ex ipſo demōſtrationis lumi=ne noſcendis. Sic fit, vt in initio noſtrarū orationum pręmittendus ſit fidei apparatus,qui ſolida orare volentis fundamēta iaciat.Et pręcurrere debeat intelligentiam, ardua omnia, ſcitu & impetratu difficilia complanātem. Et exinde ad diuinarum laudum, aut ſanctarum poſtulationum gratiam,liberiore iam & ſinceriore cordis affatu,accedere audentem.

¶Non ſine cauſa, in ędificatione turris Babel, Diuinitus exortā eſſe, linguarum & Sermonum Diuiſionem. Caput.viij,

DIcendum adhuc eſt, per tranſitū,nonnihil de his qui non ſolummodo, ob clauſa diuerſæ & non intellectę orationis ſignacula:non iure queruntur Sed qui ēt,diuerſę ignotęque,prorſus ligūę vſū,

in his omnino,quę ad hũanę eruditionis offi cium pertinent,abrogare,damnareque nitun tur.Hi enim(vt rudi,& ſenſibili analogia vta- mur)ſimiles iis ſunt,qui in orbe terrarum mõ tes & ſcopulos omnes(quos propria deus ma- nu ſculpſit:& tam,ab ſe mutuo,quam a valli- bus ſecreuit)ſuo cõplanari arbitrio velint: ve- lint:vt libera illis,quo lubet, progrediundi ſe- mita patefiat: nec pedẽ ad leniſſimum etiam calculum offendant.Et qui propterea aduerſũ deum,querimoniam,inferre auſint: qui diuer ſiſſima montium ma cerie: varias mũdi natio nes ſepierit,ac abinuicem diſtingui, populos voluerit.Diſtinctio ſermonũ: Secretio eſt val- lium & mõtium: atque etiam velut differẽtia quædam,in orbe,nationum & populorũ. Plæ beius,maternuſue ſermo: vallis eſt, vel effuſa planicies:cunctorum greſſibus peruia.In qua nil ſublime,nil altũ pellucet.aut ſplendet. nec quicquam in ea omnino eſt quod ſecretius,ſo lis ingenuorum,& pręſtãtiorum oculis, ſit ex- hibendum. Excultus ſermo, arx ſublimis eſt, edito in colle prominens: & pro rerum digni- tate,non cunctorum illico prętereuntiũ errori bus peruia.Sed ſecernẽs,a prophanę & impe- ritæ plæbis oculis:ea, quæ paucorũ ſũt homi- num.Et vt veteri adagio vtamur,non omniũ hamo ineſcandum offerẽs aquipenſerem:quẽ nõ omne, ſed rarũ,& admodũ ĩfrequẽs ęquor gignit:& ad illius etiam opſoniũ, paucos in-

uitari iubet. Et ſi in his, ſuperficiale, & literarium ſacrę ſcripturę myſterium, depoſcit quis dicemus, quoniã non ab re, nec ſine cauſa, & occulti myſterij theoria: in ędificatione turris Babel, facta eſt humanorũ diſpartitio labiorũ confuſumque ibi, ideſt diſtinctũ, labiũ vniuerſę terrę, vt nõ ĩtelligeret vnuſquiſque, linguã proximi ſui. Turris ſtruebatur, agygãtibus, & a viris in corporis robore, & fortitudĩe, potiuſ quã in animi claritudine fiduciã habentibus. Vt vel illicita quadã vi, cœlũ ab eis peteretur. vel paulo ante, elapſi diluuij formido: ab eis, per ſtructę & perductę, ad cœlos vſq;, vaſtę turris pręſidiũ tolleretur, Sed nõ eo pede, petẽdi & adeũdi erant cœli. Nec iſtiuſmodi gygãteo ritu, imminens & incumbẽs cotidie, hominũ ceruicibus, pauor excludẽdus: & formido malorũ vitãda. Humilitas eĩ oratiõis, corporis robore maior, cœlos adit, & malorum formidini medetur. Quamobrẽ cõfuſis, diſtinctiſque diuinitus, eorũ labijs: qui turrim ſtruebant, a cœpto operę, ceſſare coacti: & in mundũ diſperſi variorũ vt creditur, qui hodie vſque perſeuerant, initia dedere ſermonũ. Non fruſtra ergo, vt diximꝰ: in manuario, & arbitrario hominũ operæ: diuiſæ ſunt a deo linguæ, quia ſermonũ origo, ad arbitriũ referri hominis ſolet, ſicuti & natura ſubſtãtiarũ omniũ: ad diuini ſolius conſilij refertur opificiũ. Cũ etiã Adã, in paradiſo, iubente deo, & cunctis animãtibꝰ, &

propriȩ vxori indiderit,quod voluit rurſũ per perã in edito loco,nẽpe in turri, facta eſt hæc linguarũ diuiſio.Nã id prærupti, & vaſti operis:ſignat,cũ perageretur: quoſdã quidem, in ſummitate illius ſtetiſſe,quoſdã in medio, aliquos in imo. Et alios rurſum,operi præfuiſſe, alios demũ curuatas ceruices,& impeditas manus,operi admouiſſe.Quæ res,vt mox in humano genere, diſtinctionẽ officiorũ, neceſſariã eſſe oſtendit:ita & obortã varietatẽ ſermonũ,quadã celſitudine,& humilitate diſtinguit Non eſt itaque ab his,qui imperite,ob linguarũ diuerſitatẽ iurgãtur:reuocãdus,in priſcã linguarũ ſimphoniã mũdus.Nec exibilãda præſens earũ diaphonia,ne quod olim,deus diuiſit,homo confundat, quẽadmodũ & illicitum etiam fuerit:ea,quæ deus coniunxit, ab hominis arbitrio ſecerni,ac diuidi. Spirituſſanctus cum e cœlis, ſuper apoſtolos incubuit: vel illos momento, omnem linguam edocuit, vel ora eorum, in originalem(quȩ prius viguit) vnicȩ mundi linguȩ ſimphoniam,amotis obicibus,& complanatis differentiarum interuallis adaptauit. Nam is,qui in turri, repente ex vna lingua plures effecit: vnicam ve mundi labium ſecuit poſtea in largitione ſui ſpiritus rurſum illatam varietatem, reducere potuit in vnitatẽ:quȩ ſupra omnem multitudinẽ conſiſteret.Et ſubito amouere,cuncta differentiarum interualla.Ne forte,ſi hi,quos ſpiritus

afflarat,qui imundum,a pluribus, ad vnũ reducere: ſuo miniſterio, miſſi erant: vlla vocis, aſperitate,aut diuerſa linguarũ macerie: a cuiuſuis ſermonis ĩtelligentia,prohiberẽtur: tardius & impeditius,diuini verbi ſemen,in varias mundi nationes propagarent.

¶ Orationem, & ex fide, & ex intelligentia, Et iterum ex volũtate, & ex neceſſitate fieri, Et rurſum prę̃ſtãtiorem eſſe eleemoſina & ieiunio.

Caput.ix.

SEd iam op⁹ eſt,eo reuertamur: vnde diuerticulum, iſtuc vſque factum orat. Duas enim,nuper ſuſtulimus nouitates. vnã quidem,quę maternã,ſeu vulguarem duntaxat linguam: in oratiõe recipiat. volens quẽlibet,ſcire & noſſe debere, quid oret, & adeo imploret. Reliquam,quæ imperite poſtulet: vt diuinorum omniũ myſteriorum,publica denudatio fiat. Vt ve,nil vſquam, aut vlla de cauſa, denegetur vllorũ oculis: eorũ,quæ de⁹, omniũ ſaluti annuit,& conceſſit,quæ ve, vt iſti volunt,omnibus impartiri, & conuiuia fieri debere voluit. Vtraque nouitas,in ignotã diuerſam que linguã, obſtrepera eſt, reclamãs iniuriam ſibi fieri,a doctis, cum ſub ignoti &

peregrini ſermonis amictu,& honeſto velami ne:plurima abduntur ſcitu digna.Cum nō ſit vt aiunt,intantum ſermonis vllius dignitati, aut inani aurium pruritui tribuēdumvt ob arbitrariam & minus plane neceſſariā rem: contingāt priuationes & latebrę, dignarum ſcitu rerum,quę in indocta plæbe, patiant grande ſalutis detrimentum,Duobus iſtiuſmodi incō modis,& iurgijs plębeijs:ſua iam reſponſa dedim9.Cum etiam inſtar humanarum diſciplinarum & ſcientiarum:diſpartiti ſumus, conditionem noſtrarum orationū. Dum in quibuſdam,dixim9 orationem fieri,ex fide:& authoritate maiorum. In aliquibus,eam pēdere, ex affectu & intelligentia,& rei quę petitur indigentia.Et in vtroque quidem hominū genere:vtriuſque orationis facultas,non deeſt,cum etiam & plæbis,ex affectu oret.Et iuxta malorum,quib9 cotidie affligitur preſſuram:remedia,a deo,diligens & ſedula imploret.Quamobrem,quiſque e plębis & vulgi grege : & ex intelligentia orat.Ex fide quidem,cum maiorum authoritati,honorem defert: vt ſacra eorum dictamīa,& eloquia, deuoto corde & ore promat.Ex intelligentia:cū aduerſum ingruētium cotidie calamitatum mala: medelā a deo ex affectu,quo angitur petit. In relinquo hominum genere:vtraque etiam oratio,locū habet.Cum & hi quidē,qui docti ſunt: & diuerſarum linguarū periti: etiam ex affectu orent,

ſancta maiorum dicteria reueriti ea, & corde & ore, in phanis emodulētur. Cæteris tamē, hi, hoc vno eminent gradu: quod nil ipſi orant, quod non neſciant. Sed tamē intelligētia hęc minus ad orationē, apud deum confert. Cum ea in re, fides & ſacra deuotio orantis: ſit præcipua, & erga deum cordium inſpectorē: amore exauditione, & auriū adapertione, propter ſe digna. E tribus enim bonis: quę ab hominibus, in delictorum expiationem fiunt, Eleęmoſyna, ieiunio & oratiōe: ſummas partes, docti merito tribuunt, orationi quę cæteris peccatorum remedijs, & altius, & ocius, ad deum ſcandit. Eleęmoſina, tanto altior eſt, & melior ieiunio: quāto plurium bonū, melius & pręſtātius eſt, vnius bono. Ieiuniū, vnius eſt bonū, vno. Eleęmoſina, vnius bonū, in pluribus, aut pluriū bonū pendens ab vno. Oratio, tanto vtrumque corporeum, hominum remedium pręcellit: quanto ſpiritus menſuram tranſilit corporis. Ieiuniū, corporei boni, aut voluptatis priuatio quędam eſt. Nam vel neceſſariæ, vel delectabilis alimonię, per tēpus abdicatio Eleęmoſyna, illi⁹ boni ad plures erogatio eſt. Oratio ſupra corporeū, ſe ſe bonū erigēs perfectionis culmen attingit. Nēpe in ſpiritu fit. Et ſpiritū erigit, in eū: qui ſe, pręomnib⁹ peti inquiri & adamari pcepit. In hoc vno, oratio finē habet: quę ab aīa exordiū ſumit. Et velut ſagitta, ab arcu excuſſa: ab animę ſinu, ad dēū

vſque,velut ad prominētis e regiōe ſigni perpendiculū,præceps excurrit. Et diſiūctā,prius a deo animā:tepore,atq; algore viciorū in fecibus corporis depreſſam:flāmeo vinculo, inſerit illi:cuius vnione & participatione, nihil vſquam,ab homine,fœlicius:deſiderari, & expeti queat. Quambrem huius ſacrę inſitiōis nodum,& perenne vinculū: ſancti dudū vniuerſi prę omnib⁹ hominis bonis extulere. In quo,& animarū beatitudinē & totius oratiōis finē poſuere,vocātes iubilū illius laudē: & totius orationis corónidē: nullius quidē ampli⁹ rei poſtulatoriā,ſed ſua ſoli⁹ palma lætātē.Et ob id,perennes,feſtiuaſque,deo,vt victorę au thori,& qui malorū omnium,a nobis, incommoda ſuſtulerit:gratias agentem.

❡De oratíone & laude, conſiſtentibus,ín tímore & ín amore.

Caput.x.

q Vía iam ab orationis occaſíone, excurrímus oportune, vſque in laudē:expedit parūper, ambarū comparationē facere. Vt mutua,ambarū iuxtapoſitio : plane edoceat, quæ ſit, e duabus prę̨ſtantior. Quanquā laudi iam ipſi, palmam dederimus. Et addubitet etiam nemo: in ſuprema, & potiſſima laude : velut

in coronide,vicina palmæ & victoriæ : totius orationis humanæ,fidem conſiſtere. Sed vnū adhuc ſupereſt,in quo ambarum perlucida cōparatio,ſit faciunda:ex ſcilicet ſimilitudine timoris & amoris.Nam timor, adalligatur orationi,amor laudi. Alget timor,feruet amor.Timor,inter adhuc cōtraria,pallēs degit.Amor, vegetior,& cōtrarijs eminētior velut ab igne, rubet,& aduerſantium rerū,expers eſt.Quam obrem vt plurimum ex timore, naſcitur oratio.Ex amoris vero incendio, prorumpit lęta & feſtiua laus.Oratio,a contrarijs,liberari poſtulat incommodis.Laus,ab aduerſantibus, ſe euaſiſſe liberam : gratias agit,& canticum, ex animi hilaritate,liberatori deo canit. In dauiticis pſalmis(quæ nonnulli nomine alio, ſoliloquia vocāt:Q; anima,in his, ad deum,cum vt liberatorem,a malis:tum, vt quietis largitorem,ſolitariæ & ſecretæ allocutionis nutibus, & vocibus anhelet)licet differentiam hanc,timoris & amoris,oratiōis & laudis,liquido perſpicere.Nam ī quibuſdam pſalmis:anima,velut adiacentum onere malorum preſſa, ab his liberi poſtulat. In alijs,vt ab his libera, deum laudat:gratiaſque liberatori, & victorię largitori agit. Immenſum volumen excreſceret : ſi in ſingulis pſalmis,exempla,eiuſce quam dicimus.Diſtinctionis ac diffentiæ,oratiōis & laudis:ex timore & amore naſcentium:poſcerentur iſtuc afferri. Curſim tamen nonnulla pro-

memus:ne ī vētos, hac de re, loqui videamur.
In veteri teſtamēto:duces populi, iudices ſan
ctę mulieres,Reges,& prophetę:poſt ſui & po
puli,ab hoſtibus (deo miſerante, & per ſuorū
angelus manus,auxilium præſtante) liberatio
nem:aut poſteaquā ſingulari,priuata que ora
tione,ea obtinuere: quę a deo petinere: tū ea
cantica,quę hodierna canit eccleſia,deo,men
te hilari,cecinere. In quibus,nulla fit,liberato
rum a pauore hoſtium, erga deum, vllius ne=
ceſſarię rei, īploratio vel ſubleuatiōis a preſſu
ra,aut inopia,poſtulatio. Sed ſola dei collauda
tio:& beneficiorū illius, in magna animi ex=
ultatione,& laudis iubilo, cōmemoratio, vir=
tutum quę illius,īſignis vbique, & in quibuſ=
uis organis,tubis,ac tympanis denunciatio.
Omnia quidem hec cātica,ſpectant ad laudē.
Pauca,aut omnino nulla,ad petitorie oratio=
nis modulamen. Mœſtus interdum eſſe ſolet,
animus ob pręſentia mala,ante orationē: qui
poſt orationē,alacri perfuſus gaudio, prorum
pit in canticū. Sicut ſcriptū eſt de Anna, Sa=
muelis matre. Poſt eam ipſius orationē, quā
exaudiuit deus. Et non ſunt inquit, amplius,
vultus illius,in diuerſa mutati. Ac tum etiam,
canticū illiud,obtulit,cecinit quę deo:in quo,
poſt diuini in ſe beneficij commemorationē,
& gratiarum actionem: etiam emule mulieri,
Fenemie velut hoſti inſultans: ſe quidē robo=
ratā,& illā infirmatā eſſe canit:Donec inquit

m.i.

ſterilis,peperit plurimos. Et que multos habebat filios,infirmata eſt. Et ſicut in cãticis, eſt laus abſque fere oratione, & precario ſpiritu: ita & in pſalmis, oratio cernitur eſſe promiſcua,cum laude.cum exhortatione bonorum, accuſatione malorum,denarratione ĩcommodorum, commemoratione deniq; diuinarum virtutum:ad laudem, & cõfeſſionem, ſummo tribuendam deo,pertinentium.Et vt amplior his fides detur:etiam inutile non fuerit,ſi per aliquot pſalmos & cantica : eiuſce diſtinctionis periculũ facturi,rapido curſu euagemur.

❡Diſtinctio orationis, & laudis, in pſalmis & in canticis,quę ab eccleſia canuntur. Caput,xj.

IN diſtinctione orationis & laudis: iam aliquandiu ſtetimus, immorati que ſumus,forte plus equo,dum precarium ſpiritũ, promiſcuę, cum iubilãte ſpiritu iunximus,orationem quę cum laude, ĩ ipſis pſalmis repoſuimus. A canticis vero, pręcarium ſpiritum,& orationem poſtulatoriam ſuſtulimus. In quibus,exultans ſpiritus,& iam a malis liber:diuinis tantummodo laudibus, & gratiarum actionibus incumbit, Vt ergo verbis, fi-

des non deſit: pręſtat vt aliquot obiter pſalmos, & cantica rimemur. In quibus celerẽ excurſionem, eius rei, peramplius. Dinoſcende gratia faciemus. Imprimis quidem, hi pſalmi in quibus, & dei, & domini, pia & ſalutifera inuocatio fit: ideſt qui a nominibus dei & domini, ſua exordia ſumunt: precatorij ſunt. Nam mala, quę ad horã perpetimur: & ĩ quibus anguſtiamur, corã deo commemorãt: implorãtes, adiutricem illius manum: quę ocius, nos ab his liberet. Tertius enim, & ſextꝰ, & ſeptimus: ab inuocatione nominis domini inchoãtes: pertinent ad orationem. Octauus ad laudem. Conſimiles ij ſunt, qui a nomine dei, initium ſumunt. Nam precarij ſunt: licet eorum nonnulli, in iubilum laudis eant. Hi etiam, qui in initio ſui, miſericordiam implorant: cum mox vicinum, miſerationi, ipſum dei nomen ſubuectant: humillimas ad deum, preces ſternunt. Hi pariter precarij ſunt: qui a ſalute inchoant. Vt ſaluum me fac domine. Saluum me fac deus: qui ambo, aduerſum mala, quibus premimur, properam & feſtiuam, dei opem exorant. Hi vero pſalmi, quibus datur initium, a confeſſione nominis domini: cum enarrent mirabilia, & magnalia dei: in tota exultatione, ſe eleuantis animi: potius laudi: quã precarie oratione aſcribuntur, vt. Confitebor tibi domĩe, ĩ toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Letabor & exultabo ĩ te.

pſallam nomini tuo altiſſime. In conuertẽdo inimicum meum retrorſum.infirmabũtur, & peribunt a facie tua.Quoniã feciſti iudicium meum,& cauſam meam:ſediſti ſuper thronũ, qui iudicas iuſtitiam. In eo quidem pſalmo, cuncta narrantur,pertinentia ad laudẽ.Et ſpiritus ab aduerſarijs liber:letatur, & exultat,in deo.pſallit quę illi, & hilari plauſu, gratias agit.Q; iudicium ſuum,& cauſam ſuam, deus perfecerit.Et ſederit in throno iuſtitię ſuę, ad uerſum hoſtes,equus iudex. Intermiſcet tamẽ & hic pſalmus,etiam nõnulla: precarie orationi adſcribẽda. Eiuſmodi ſunt omnes, quibus initium eſt:confitebor & Confitemini. qui cõfeſſionem.& gloriam dant deo: in enarratiõe virtutum illius,& in commemoratione:vel beneficiorum,quæ nobis,petẽtibus,& indignis, pręſtiterit: vel malorũ quę a nobis digna oratione placatus,abſtulerit.Hi etiam pſalmi qui ab exaltatiõe,exordiũtur atque etiam,a benedictione nominis domini: nõ dubiũ eſt quin laudi,veniant aſcribendi. In quibus,& exultamus in deo,& benedicim⁹ dominum, tam ob bonorum ſuorum impartitionẽ: quam ob noſtri,a malis liberationem. Ad ingentem etiã dei laudẽ,pertinet pſalmus,ſupra vigeſimum nouus,Expectans expectaui dominum, & intendit mihi.Et exaudiuit preces meas, & eduxit me,de lacu miſerię,& de luto fecis. Et ſtatuit ſupra petram,pedes meos,& direxit greſ-

ſus meos. Et immiſit in os meum canticū nouum, carmen deo noſtro. In hoc enim, anima poſt adempta, a ſe, ea, in quibus, verſata eſt aliquādiu mala: ſe iam, de lacu miſerię, & de luto fecis, eductam gaudet. Et ſupra petram, ſe ſtare commemorat. Et imiſſum a deo, in os ſuū, canticum nouum, quo deū laudet, nō ſilet. Per multum contrarius eſt, huic, pſalmus ſexageſimus octauus. Saluū me fac deus, quoniā intrauerūt aque, vſque ad animā meam. qui totus pręcari⁹ eſt, & corā deo, expreſſor malorū: quibus angamur, & a quib⁹, mox liberari flagitemus. Pſalmi denique omnes, qui a cantatione & laudatione inchoāt: hi, nihilū pręcarij ſunt ſed in diuinam laudem, humana ora adaperiunt. Et tam cordis hilaritati, quam oris confeſſioni: & ipſam etiā manuum operā addūt. Cum in manib⁹ organa, & mannaria quęuis, muſica inſtrumenta, ſumunt. Quin & ductiles etiam tubas, & claſſica, ori admouenda hortātur, ac iubent. Vt vndecunq;, & vocalis, & materialis armonia: prę ingēti letitia, in laudem dei cōcitetur. Nihil quę deſit feſtiuitati ac hilaritati, exultātis in deo animi: parta quidem victoria, & vocatione ac immunitate malorū: per dei adiutorium, vt ipſi deſiderauimus, adepta.

De Nyſtico numero pſalmorū, & piſcationis apoſtolorū. Caput. xij.

Ec quidem, quę dixim⁹: in diuina & ſuper humana contingunt pſalmorũ feriæ, quã non ſenſus hominis ſtruxit, & adiuuenit. Sed ſpiritusſãctus, prophetico ore, corde, & manib⁹: cum, in deuotione, tum in letitia, humano ori applandentibus concinuit. In ea ſerie, plerũque, immo ſepius, pręmittitur oratio: velut ſaluberrima, noſtrorum malorum medela. quę tandem, ſublatis e medio malis, & reddita animo tranquillitate, tota prę hilaritate geſtiens, in exultationem, & laudem prorumpit: in qua & deſinit. Vt non aliter, diſtincte pſalmorum feriei, & ſalutiferorum remediorum melodie: modum, quam in letitia imponat. Sicut enim parum quadrat, animi meſtitia, cum letitia: ita & interim, ſemota eſt a laude, oratio non tanquam laudi, vllo pacto contraria. Cum ſit vtraque, oportuna & apta, ad deum ſcandendi via, ſcala, & ſemita. Sed quia oratio, eſt pręcurrẽs quędam, laudis diſpoſitio: huic eloquio, cõſentanea: Poſt tenebras, ſpero lucem. Spes enim & fides: pręmittuntur ante orationem: oratio vero ante laudem. Oratio, excutit tenebras animi. Cuius detergit meſtitudinem: referens lucem, atque hilaritatem. Laus, velut orationis profectio: in luce, in pace, & hilaritate ſedet. Aarõ, ſacerdotũ primus: ceſis, deuoratiſque, ab igne altaris domini, filijs duobus, Na-

dab & Abiud: cum non comediſſet hoſtiam, oblatam deo,in ſanctificationem: indignanti propterea Moyſi,reſpondit.Cum ad id temporis,ob mortem filiorum,mœſtus eſſet:Quo modo inquit, potui eam comedere, mente lugubri? Quaſi ſatis innueret, eſſe luctum, a ſacrificijs & a laude dei amonendum. Et in ſola hilaritate,& iocūditate animi,eſſe deo propinquandum. Cum etiam ſcriptum ſit,ibi deeſſe animi mundiciam: Vbicunque eſt mœroris,& triſtitię abundantia. quę cum ſit ſordium cauſa iure a diuinis ſemonenda oculis: mundiciei & ſinceritatis adamatoribus eſt. Ergo non ab re,poſt decantata,& oblata deo, multiplicium orationum, vtilia nobis, in aduerſis fortunę telis,medicamina: in laude, in iubilis, & gratificatorijs pſalmis,deſijt is: qui actus, a ſpiritu ſancto: mirificum pſalmorum ordinem, concinuit. In quo, orationi,in laude,finem dedit. Et non etiam perperam,in ſacri cuiuſdam & myſtici numeri obſeruatione:eiuſdem diſtinxit ſacratiſſimi pſalmorum ordinis ſeriem. In eius inquam numeri ratione:qui tres iubileos,comprehendentes, dignum ſe miraculo & animaduerſione oſtendit. Cum enim in veteri teſtamento, nec minus in nouo, permagna fiat, ſeptenarij numeri obſeruatio.(Etenim in ſeptenario, poſt vniuerſi, a deo: conditionem, ſucceſſit tran-

tranquillus, diuinæ requiei ſabbatiſmus) non minimi, faciūdum id eſt, quod poſt quadratū ſeptenarij numeri, ideſt poſt ſeptenas annorū ebdomades, inſtituta eſt a Moyſe, iubilei anni remiſſio, que eſt, quinquageſimi anni feſtiua celebratio. In qua, & hereditas omnis, ad prioris ius poſſeſſoris, venundata redibat. Et ſeruorū manumiſſio, cum priorum delictorū expiatione, & indulgentia fiebat, Tres ergo iubileos, ideſt quiquagenarios, ſacer diuinitꝰ inſtitutorū pſalmorū nūerus, apprehēdit ter, ea de cauſa ſacer, te admirandus. Primo ꝙ veneran de tryadi, conſentaneus. Secundo, ꝙ lętitię iubilei aſtipuletur. Poſtremo ꝙ totus, vt diximꝰ in laude & exultatione deſinēs: ſe humanis laboribꝰ, finem imponere deſignat. Nam ſicut deuicta, & effecta procul a nobis, humana omnis hoſtilitas: meſtam tollit, pauoris, hoſtilium inſidiarum formidinem: ita & ſecuram, letamque animis affert requiem. Alludit etiam myſtico, & ſacro pſalmorum cētenorum & quinauagenorum numero: fœlix illa apoſtolorū piſcatio qua, poſt reſurrectionē ſui, pręſente domino, ſtanteque in littore: & indicante eis. Vt in dexteram nauigij partem, rete i mare laxarent: traxerunt tandem rete, in littus, plenum magnis piſcibus, centū quinquaginta tribus. Hic piſcium numerus: ſolo, tres Iubileos ternario vincit, & tria nobis tempora (ſi profundiorem rei ſenſum diſquerimus (innuit: tem-

pus poſt legem. Hęc quidem tempora, numerus pſalmorũ, rite ternario diſpartiẽdus oſtendit. Sed vt ab his, mature ĩ propoſitum redeamus: dubietas quædam occurrit: quę ſui dilutionẽ, ocius & prẹſtoletur & flagitet: cui mox incumbemus.

¶Dilutio dubietatis. Cur dominica oratio, incipiat a laude, deſinatque in oratione. Cum pſalmorũ ſeries, prę mittat orationem, laudi.

Caput. xiij,

Immorati aliquãdiu, Dauiticis in pſalmis ſumus: de oratiõe, & laude dicturi Ab his, priuſquam, pari, per cantica excurſione gradiamur: diluẽda; quę caſu occurrit, dubietas quædã eſt: non omnino neglectui habenda. Cum dignum ſcitu quiddam, flagitet poſtulet quę exhiberi. Adfuit enim nobis, hæc ſcribentibus: qui interrogationẽ ſuggereret, ac peteret: Cur dominica oratio, quam dominus, ſacro vt iam diximus ore, petẽtibus apoſtolis expreſſit: ordinem, a dauiticis pſalmis, prępoſterum habet: diuerſo que calle incedit. Dauitici pſalmi, ab oratione, exordiuntur: ſcandunt quę in laudem, in qua, deſinunt, Dominica oratio, a lau-

de incipiens: in oratione, admodum pauida, & formidinis aduerſantium contrariorū plena definit. Ab his enim quę dei ſunt: que ve diuinarū ſanctificationū,ac laudū peculiaria: ad ea deſcendit, quę ſunt hominum. Cum in fine,velut mala expauens dicit. Et ne nos inducas,in tentationem: Sed libera nos a malo. Non enim deeſt formido,ac pauor tentatiōis & mali: vbi anima orat,pręcatur que,in tentationem nō induci. Sed liberari optat a malis. Quatuor quidē primę,eius orationis portiuncule,nihil omnino eorum, quę ſunt hominū, meminerunt. Omnia,ſoli deo tribuunt. Cū vt patrem,illum citant,in cœlis manentem. Et illius nomen,ſanctificandum iubent. Et aduentum regni illius poſtulant. Et fieri ſicut in cœlis,ita & in terris, illius voluntatem. quę quidem omnia: diuinæ ſunt propria laudis. Quinta eius orationis portio,& he,quæ deinceps,illi ſuccedunt: poſteaquam priores quatuor, ea, quę dei ſunt,petierunt: ſubinde in petitionē eorum, quæ ſunt hominum neceſſaria, velut in ima labentes ſe reuolūt. Nam cotidianum poſtulant panē. Ignoſci quoque delicta, Non induci in tentationem,liberari denique a malis. Non vero magne eſt opere: nec longe a nobis,quid,in eius dubietatis diſcuſſionē, ſimus allaturi. Deſcendens enim,& aſcenſus: huic,ſatis,ambiguitati faciunt. Vetus teſtamentū,ſub nube erat: & e terra, ad deū, velut ex ægypto,

in montana Iudeæ. Et e loco pauoris & formidinis, in locum ſecuritatis ſcandebat. Quo fit, vt orationem pręmiſerit laudi: & in laude deſierit. Nouū teſtamentū, priſce nubis ignorātiam deterſit. Et in cognitione dei, velut in monte teſtamenti inchoant. Qua de re, a dei laude cœpit: in qua, vetus deſierat. Et ne relapſio denuo fiat, in peccatum: quod abluit, regenerationis lauachrū: tanquam ne recurrat, liberatus ſemel populus, in ægyptum: orat illicitamenta tētationum ſummoueri: priorum quæ malorum, icommoda prorſus ſuccidi. Id quidem facit, ne quid deroget, diuinæ laudi, adeptæ iam per gratiam Quamobrem, dominica oratio, a laude inchoās ſic ea, quę dei ſūt. pręmittit: vt non etiam omittat ea. quę ſunt hominum. Hac enim in ſerię, duplices humanæ intentionis, funiculi, palam adaperiuntur. quos dominus, in euangelio, non prętermiſit: cum dixit: Hæc oportet facere & illa non omittere Hæc inquam quæ dei ſunt, primo, & propter ſe, docuit eſſe faciunda. Deinceps vero, ea quæ ſint hominum, non omittenda. Hoc eloquio, prima hominum intentio, in affirmatione promitur. Secunda in negatione ſubinfertur: tanquam ſit affirmatio, hactenus negatione potior. Et hęc, poſtreme, illa, præuię hominum intentioni tribuenda. Lex cum primis, iubet: Ama inquit deum, pluſquam teipſum, Deinde nec omitte, poſt deum,

amare & te quoque ipſum. Et deinceps ſicut te etiam & proximum. Amor itaque dei, primę datur intentioni. Amor vero ſui, & proximi: ſecundam hominis intētionem conficit. Scriptum eſt. Petitis & nō accipitis, eo quod male petitis. Quod plane, vel ad eius qui petit, infidelitatem, & fidei infirmitatem: vel ad intentionum prępoſteritatem abludit. Qui enim petit a deo: nec ſe impetraturū confidit: quid mirum ſi non accipit eſt: cū incredulus ſit, & nullius vir fidei? Et videatur potius, ei, a quo petit illudere: quam thuricremum orationis incenſum, illi exhibere. Is etiam, qui in oratione, ſeruādam intentionum dexteritatē, non ſeruat: qui prępoſtero & ſegni corde orat vel obliuiſcēs: vel poſtponēs, ea quę dei ſunt: vt ea poſtulet, que ſunt hominū: vel qui poſthabita, animę ſalute, ea petit, que corporearū ſunt illecebrarum: is prorſus, ſe indignum facit, quem deus exaudiat, & cui petita non neget, Hęc ergo eſt, gemmarum hominis intentionum ratio: in ſpecioſo orationis ordine, nō contennenda. Et de his intentionibus Remūdus lullus, Pius eremita: vir. qui in lumine, cœlitus indulto, plurimarum ſcientiam rerū adeptus eſt: librum quidem quanquam ſtilo humilem, tamen ſententijs: pręaltum, nec lectu indignum cōfecit. Qui etiam & alium, de oratione, & laude librum, poſteritati liquit. Cæterum, ne in longa euagatione, obliuio nos ſub

eat,noſtri iam promiſſi:vt etiam iductionem, ad ſacrę preconia laudis pertinentem: in ſacris cãticis rimemur:in eum mox ſermonem, decurremus.

¶ De his, qui in veteri teſtamento, poſt adeptā victoriam, ſacra deo cantica cecinere. Caput.xiiij.

Videndum iã, ſuo loco eſt quonammodo, in cãticis antiquorū iudicū & ſanctorum virorum,ac mulierum: diuina ſedeat laus, abſque fere oratione. Hęc enim cantica:tanquã quę prodierunt,a ſpiritu ex toto in letitiam erumpente vt pote iam a prioribus malis libero, & ſecuro:priſtinę formidinis,& exacti pauoris, amplius non meminerũt. Et nullam deo offerunt precem:vt quem, magis laudare geſtiũt. Primi olim canticum deo cecinere, Aaron & Maria prophetiſſa,ſoror illi9,que cum numeroſo,poſt ſe,frequentium mulierum agmine: cladem ægyptiorum, ſuffocatorum in mari rubro,& inocuam populi ſui liberationem: cum tympanis & hymnis,decãtauit. Et in læta gratiarum actione:iubilantes, ſolennium canticorum primitias,obtulit deo. Poſtea canticũ cecinit, Moyſes,dux populi. Cui poſt ſe, ſimilis in terris prophetes, nõ ſurrexit,qui diuina al-

locutione, non per ſomnum, ſed palam, & vt amicus, amici affatu frueretur. Hic paulo ante mortem ſuā: myſticum illud, & ingens canticum, tam plenū eruditionis, & diuinæ ſapientiæ: quam iocunde exultationis, animum eleuantis in deum: prompſit e labijs. In quo, edocetur popul⁹, debere deorum prophanam multitudinem abijcere. Nec alium deinceps deum profiteri, colere, & adorare: præter eum, qui ſe, ex ægypto, & e manu pharaonis, in ſignis & prodigijs liberauit. Poſt Moyſem, Delbora prophetiſſa, & Barach, de cedes Neptaſi, iudex populi: deuicto Syſara, & eo a manu mulieris, clauo tabernaculi perempto: canticū deo, in feſtiua animi exultatione, deo gratias agentes cecinere. Quotiens enim populus, liberatus ex ægypto: in dei ſui cultu titubabat: poſtquam promiſſe habitator terræ factus, nacta pace, & quiete, imemor dei liberatoris ſui fiebat: & cum vicinis nationibus, illicitam & inhibitant affinitatem inibat: deos quæ earū adorabat: tum vindex dei man⁹ vltionem, veſlut ab ingrato populo, iure depoſcebat. Et ſub iugo aduerſariorum, illos aliquandiu affligi, & opprimi ſinebat. Quoad ipſi, a preſentiū malorum auguſtijs, tandem expergefacti, rurſum dei ſui memores fierent. Et tubis in cœlum clangētes: valida oratione, auxilium a deo, aduerſum hoſtes flagitarent. Aderat mox inuocantibus, & ſperantibus in ſe, a cœlo deus, qui

& e longe,& e prope,ad ſe clamantes, pronus exaudit.Et nonmodo aut tuba, aut ingēti voce,clamitantes audit:verum etiā eos, qui abſque voce,ſciſſis præ malorum dolore cordibus auxilium & opem deprecantur, non deſerit. Aderat ergo,inquam deus, illis inuocantibus ſe,in veritate,non in corde duplici vel dubio. Et dolens ſuper afflictionibus & anguſtijs eorum:protinus ex eorũ numero, ſaluatorem illis,& ſalutis ducem ſuſcitabat. qui parta tandē victoria,& reddita populo libertate, ac pace ora in gratiarum actionem ſolueret. Et digna & exultatoria,deo cãtica redderet. Habet enim humana indigentia,plurima,que a deo digne poſtulet:& quæ largo munere,accipiat. Non habet,quod benefactori ſuo, & munifico deo reddat: præter actionem gratiarum,& fidem,& amorem,& canticum ſuorum labiorum. Impar eſt, diuinorum beneficiorum acceptioni,merces,quam reddimus. Sed tamen par erit: ſi grata & accepta deo, cordium inſpectori fuerit. Cum non grandia deus, ſed exigua poſtulet: qui nullis eget: ſicut in prophetis eſt, Quid dignum offeram domino. Canticum offerā illi. Poſt autem Delborā prophetiſſam,& Barach populi iudices: plurimi deinceps,& publicæ, & priuatim, nacta priorum malorum immunitate, ſuauia deo cantica cecinere,Quibus in medio omiſſis,vt ocius

ad finem decurramus: ad canticũ zacharie ve niemus. In quo, Sanctus ille, ex lege ſacerdos: poſt angelicę apparitionis viſionem: & promiſſi filij, ex ſe naſcituri certitudinem, in exultatione, benedixit deum. gratiaſque egit illi, qui precurſorem miſſurus erat, a ſeipſis: eum, qui ſupremum, & verũ populi ſaluatorem, in ſpiritu & virtute Hęlie antecederet. Et vias illius prępararet. A cantico zacharie, in extremum, ſacrę virginis canticũ trãſibimus, quod pręelecta a deo virgo: que verum ſaluatorem, illibata virginitate pareret: poſt angelicę denunciationis veritatem: deo in hilaritate, & iocunditate animi decantant. In quo, magnificans deum, qui reſpexit humilitatem ipſius: diuinam ad patres promiſſionem, in ſe fore implendam: & ab omni exinde generatione, ſe beatificandam predicat, & gaudet. Succeſſit huic, extremum canticum Simeonis ſenis, & ſacerdotis, qui ſalutiferum virginis partũ, vbi ſuis in vlnis attrectauit: verum mox, de illo teſtimoniũ tulit. Et que ſpirituſſanctus ipſi promiſerat, iam impleta cecinit. Et ſe paulo poſt, ex hoc mundo emigraturum: non doluit. Immo impleta, erga ſe, dei promiſſiõe: diſſolui ocius cõcupiuit. Id enim profectorum omnium eſt virorum proprium. quibus, diuino amore ſuccenſis: iam & mundi amor viluit. & eá que corporis ſunt, que quondam in delitijs fuerunt, obſorduere. Cum prętantius ſit, cum

Deo viuere: quam hic, aſſiduis perturbationum fluctibus angi, & varijs ingruentis ſenectæ morbis languere: & vitam, mortis ſimilem tranſigere.

ANIMAM, SVB COELIS PEREGRInam, nil referre poſſe Deo, præter orationem & laudem, velut in diuinorum beneficiorum mercedem.

Caput. XV.

AB occaſione orationis: qua de, cœperamus, in huius operis exordio dicere: euecti tandẽ ſumꝰ vſq; in ſupremũ laudis triũphum. Vbi enĩ anima, ſub cœlis peregrina: diu hoc in æquore, plurima inter mala fluctuauit: Vbi ab his, diuina ope libera, tranquillũ, diuinæ ſalutis portũ cõtigit: in quo, & priſtinæ nauigationis anchoram figit: tum eminentis triumphi loco, ſanctum lætitiæ canticum (velut quam vnam, poteſt ſuæ liberationis mercedem, & obtentæ ſalutis precium) Deo offert. Quæ, dum prius infirmiora orationum thura, obtulit illi: tum aduerſum ea, in quibus verſabamur mala, tremens & pauida, auxiliatricem illius manum, & opem, in ſui

liberationẽ implorauit. Vniuerſa igitur animæ, ſub cœlo peregrinantis decurſio, fœlix in hoc ſtadio militia, propoſitam habet ante ſe, ſpirantem ſuaue, orationis & laudis mercedem, velut exilem & viribus conſentaneam noſtris, diuinorum beneficiorum compenſationem. Hæc fert, paliturque, virium noſtrarum inopia, vt ob munera, quæ cotidie, a larga Dei manu, in nos deſcendent: nil a nobis reſiliat, in fontem ſuum, nil ſcandat in Deum: præter ſuaue ſpiramen, orationis & laudis. Quorum odora, & thuricrema incenſa, pluſquam quodcunque munus aliud, non poſſunt, non placere ei: qui ſacrificium & oblationem reſpuens, dixit: obediẽtiam volo, & non ſacrificium. Et rurſum, incenſum, abominatio eſt mihi: Ad quem reſpiciam, niſi ad contritum, & humilem ſpiritu? qui immolat bouem, quaſi qui interficit virum. qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem. Qui offert thus, quaſi qui benedicat idolo. Et id in ſuper Sactificium Deo, ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum, Deus non deſpicies. Tribulatio enim humilitas & attritio cordis: præclara & præualida, ſtabiliunt fundamenta orationis. Oratio autem, initium & diſpoſitio laudis eſt. Laus vero, finis & culmen orationis. Non ab re cenſuit Deus: vt præelectum, a ſe Iſraelitarum ſemen: in Ægyptum migraret. In qua, diu ſub iugo Pharaonis, aduerſarij regis, dura ſeruitute opprimeretur. Malum, cum ma-

lum'ſit id tamen boni habet: q per ipſius inflictionem,obdormiſcẽs interim in vicijs, me moria,tãdem expergefit: vt ocius, & ad bonũ reſpiret & firmius inherat illi. Sic electa dei plębs,inter ægyptiorum mala, reminiſcẽs dei ſui: ad illum ingemuit.Et ſublatis vocibus in cœlum illius opem implorans, ſui liberationẽ impetrauit. Id enim,pertinet ad peregrinatio nem fluctuãtis animę.Cui,hoc in mundo, cor poris vmbra ægyptus eſt, & quidam ægyptiæ carcer ſeruitutis.Quę dũ reminiſcitur,pręſentis captiuitatis: ad deum ingemiſcit.Et liberari exoptat a malis: vt ex orationis flore: in diuinæ præconium laudis emergat. Sed nõ omni animę,hęc dos perfectionis adeſt: vt onero ſum corporis agnoſcat incolatũ. Et velut ægyptiæ ſeruitutis ergaſtulum,faſtidiat illum,Nã ſunt,quas ægypti amor ligat: quæ peponũ & cęparum erumnas,faciant pluris, quam cœleſtis patrię delitias.Et quæ redire in ægyptum malint:quam per deſerti labores, per incultas & ardẽtes inuię ſolitudinis arenas: in eum, duce deo,locum traduci: in quo,liceat illis,perenni pace, & quiete frui. In quo,nullius tyranni dominium.Sed ſolam clemẽtiſſimam dei manũ,ſuper'ſe,non tã regnantẽ,quam protectricem & hoſtes abigentem, & ſuorum munerũ, affatim largitricem experiantur.

¶Vocalem & mentalem orationem

humanæ toti ſubſtantiæ, conſenta-
neam eſſe, & parem.

Caput.xvi.

HVc vſque euagati ſumus, quo
ſacrarum orationum & laudũ
ferentia in altũ ſcabella: nos
tandem, per pſalmos & canti-
tica gradientes prouexerunt.
Iſtud quidem operis, per ſolã
occaſionem oratiõis, aggreſſi ſumus. In quo,
aduerſum aliquantiſper egimus eos qui in no
uis erga orationem opinionibus, leui admo-
dum de cauſa, incertis veſtigiis titubãt. Dum
ob ſolius ſermonis pallium, quo archanę cor-
dis cogitationes, & adoperiuntur, & obtectę,
foras prodire iubentur: inanem ſcrupulũ: ridi
culę differentię faciunt, quem ſuſtulimus. Ne
ab his diſſentiamus: qui iure volunt, parũ qui
dem, immo nihili, apud deũ referre: qua quis
oret, aut laudet deum, lĩgua. Cum ſermo, ſit vt
leuis interiorum cogitationum palea. Et licet
in oratione aut laude, nullam ad præſens, vo-
cum differẽtiam introducamus (Cum non ſit
vlla, ſermonis acceptio apud deum) non tamẽ
aut totum: aut aliquem, in pronunciandę ora
tionis præſidio, ſermonem damnamus, tãquã
velumꝰ a corde: oris organum amouere. Et ab
arcani cordis nutibus (quibꝰ, potiſſimas in o-

ratione,partes damus)ſeparare perquam vtile in oratione, ſermonis miniſteriũ. Placet deo, mentalis oratio. Placet & illi, expreſſio vocis: hæc minus,plus illa,Grata deo eſt,ſincera,cordis meditatio. Accepta etiam illi eſt, oris emodulatio. Sed hæc rurſum, minus: Illa, peramplius.Et pręvtraque,placet longe illi,ambarũ connexio,ideſt & tam mentalis,quam vocalis oratio. In qua mens, vſa ſeruili vocũ & ſermonum miniſterio integram orationem conflat Et odoram litationem, humanæ toti ſubſtantiæ,parem & conſentaneam: deo offert. Dico quidem litationem, humanæ toti ſubſtantiæ conſentaneam,quia cum ab angelo,qui incorporeus ſpiritus eſt:per ſolum corporis habitũ, diſtet homo:hæc maximopere homini,oratio propria eſt:quę vt deo licet, non ſolum mẽtis nutum intus effingit, nec ſolam e labijs vocẽ promit. ſed mẽtis cogitationem,in lęto vocis modulamine expreſſam, & plenam lętitię armoniam,deo offert.Perquam,dũ interior nutus,in vocis pondere craſſeſcit: tum ĩtegrum quiddam,totũ fit: quod homini, par, & ęquũ ſit. Id quidem,ab homine prodiens, ad deum ſcandit: Id quę deo, gratius eſſe, alterutra ſolius partis oblatione,nemo ambigit. Si enim vox quod aiunt,eſt anima ſcripturę:& cogitatio mentis, eſt anima vocis: hinc homo, dum & mente,& voce orat:toto quidem ſeipſo,deo litat,Et tam ab animę actu,quã a corporis fa-

mulatu,deum placat.Ergo vt præſenti operi, ſuus oportune finis detur: in quo iuſt⁹, de oratione,ſermo nobis fluxit a tuba laudis & fideli claſſico iubilationis.receptui canemus.Orabimuſque & exortabimur,vt ſicut omnis, qui in cœlis,ſpiritus eſt: abſq; corporis obſequio, deum laudat:ita & omnis ſpiritus, qui in terris adhuc degit cui, corporis adminiculum famulatur: & in ſeipſo,& in omni demum corporis ſui membro,& organo,velut mente,ore manibus,in que beneſonantibus cymbalis iubilationis,laudet dominũ. In hac etenim per celebri laude,ab omnium ore ſpirituum: tam corporeorum,quam incorporeorum prodeunte:fixa nobis erit,& iuſta dicendi meta.

ILLVMINATI
SACRE PROFESSORIS
CAROLI BOVILLI SAMA-

robrini viri peritiſsimi opus egregiũ, de Voto, libero arbitrio, ac de differentia orationis quod cum legeris adhuc legere percupies non minus ob ſententiám, quã propter elegantiam.

Lege dein iudica.

PARISIIS,

Apud Bartholomæum Macæum, in M. D. Hilarij, ſub ſcuto Britanniæ.

M. D. LXXXIX.

CAROLVS BOVILLVS SAMAROBrinus, ſpectabili viro Guilelmo paruo, doctori Theolog. Epiſcopo Siluanectenſi. S.

ALuus mentis, digniſſime præſul: vt diuturniore forte ocio, pregnans, mihi incaluerat: ita hunc librum, duo, plus, minus anni ſunt, excuderat. Excuſum, abdideram in ſcrinio: in quo obtorpuit hactenus. Nuper vero viſitante me quodam amico, ex mutuę collocutionis occaſione, productum è tenebris, communem feci hunc, illi. Qui ex eius lectione: vt nonnihil fortaſſe, cepit voluptatis: exegit mox eundem ad prælum. Dicens quidem, mihi non me, ipſi ſoli, hunc ſcripſiſſe. ſed pluribus, debereque ocius, eius meſſem, in publica deportari horrea quippe vſui, & vtilitati, rei literariæ venturam. Anceps quidem ego, in initio fui: deberem parere, hortatui illius amici, necne. Tandem importunæ adhortationi, & precario affectui ceſſi, & annui librum hunc, in peregre, è ſcrinij mei ſilentio iturum: modo copia præli fieret. Pollicente vero ſubinde illo, quicquid ea in re, poſſet opere: ideſt in calcocographi diſquiſitione: librum tandem, & voluntati illius, & manibus commiſi. Sed cum diſquirerem, vt fieri ſolet, illi, cumprimis patronum: cuius nomine, ſtaret tutior, ſub dio, & in publico: qui tam diu latuerat, in ſcrinio: ſubijt me, repente, auſpi-

de re multorum cõflaſſe odiũ nemo nõ videtur. Qui in pẽſiculãdis hominũ ſermonib. acuti valde ſunt iudicij: tantũ argumẽtum, videãt legãt accurate inueſtigantes nũquid offendat & ſtatim ſi quid minus placet nõ frontẽ contrahãt, nõ labra exporrigãt: iudicio fidem habeant doctiorũ: qui non niſi verũ de meo Carolo laturi ſunt iudiciũ: Quis enim quæſo nõ videt q̃ luculẽter hoc tã arduũ tractet argumẽtum? ſingulorũ pene verborũ pondus (quod apud theologos rarum) ſingulis verbis, nõ diſpar ſentẽtiis materia: Et vt ſũmatim differã vſque adeo apte cernuntur: vt non modo hodiernos ſcriptores: ſed & ipſum (ſi dicere auſim) Hieronymum antecellere videatur: Is ſiquidẽ & añ omnia verborũ parcus ſit licet, ſẽtẽtiarũ tñ diues: non ieiunus: nõ ſterilitate tabeſcens. Si ſuauitatẽ ne dicã dulcedinẽ exquiras: nemo profecto plenius aures demulcet, viuacius aĩos penetrat, impenſius vrget. Adhæc igitur (Sanctiſſ. paſtor) vt tuæ magnificẽtiæ excellentia nobilius ſublimaretur: enixius laboraui id argumenti (q̃d vnũquẽq; prẹlatũ ſcire non dedecet) ad tuã ipſius Celſitudinẽ mittere: Imitatus quoſdam (quorũ mihi nomẽ per incuriã excidit) qui ſuum Regem vnq̃ non ſine munere ſalutant: Tuarũ virtutũ raræque fœlicitatis encomia (ne vaniloquus palpo videar) ſupprimere in aĩo fuit: ſcio enim te non pluſquam laudibus moueri, q̃ lippũ pictis tabellis: Tu quãuis vel partus vel fortunẹ alũnus (cẹteras corporis dotes ſileo) cẽſearis. Id tamẽ & iure quod de Catone illo Vticẽſi deprõptum eſt de te ingenuè dici poteſt Tu vera virtutis imago: Va-

QVanta queſo legimus olim paſſos fuiſſe Philiſtæos, qui arcam dei iure captam belli, in ſua regione ſeptem menſibus captiuã tenuerũt? Nec prius liberatos eos a plaga vlciſcẽtis dei, quàm conſilio ſuorum ſacerdotum eam cũ aureis muneribus in terram Iſrael remiſerunt. Bethſamitæ quoq; eo tempore metẽtes triticum in agro, non quia deum, ſed quia eandem arcam ſacra dei myſteria cedrino ligno & laminis aureis obtegentem, a Paleſtinis e captiuitate remiſſam, nudis, & forte impuris ac inexpiatis oculis viderunt, ad numerum ſeptuaginta virorum ſupra quinquaginta milia perierũt. Quãto citius perituros putas fuiſſe eos, ſi abſque materiali & obſcuro ligneæ arcæ velamine (quod tamen fieri non potuit) in nudatæ deitatis ſacrarium ipſi parum mundos ſuorũ oculorum radios impinxiſſent? Etenim paruitas humani oculi affixa humili & vili materiæ cõditioni, non ſuffert eam poſſe reuerẽtiã exhibere apparenti numini & maieſtati dei, quantam vix etiam cogitare ſufficimus debere a nobis illi impendi & attribui. Nam ſi ante illius conſpectum cœli non ſunt mundi, vt dignum præbeant illi pedum ſcabellum: quãto minus oculi hominum ſufferent radios tanti iuxta ſcripturam parentis luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio?

DE GEDEONE ET MANVE SAMPSONIS PATRE. CAP. IX.

GEdeon fortiſſimus dei athletes, electus a deo vt populũ de manu Madianitarum hoſtium liberaret, quia poſt oblationẽ ſacrificij ſui angelum dei in flamma aſcẽdentem vidiſſet, timens ideo ſe confeſtim moriturum, alta voce gemẽs inclamauit· Heu mi domine deus, quia vidi angelum dei facie ad faciem. quem mox confortauit angelus dicens· Pax tecum. Ne timeas: non morieris. Cõſimile quoque egit Manue pater Sampſonis: qui poſt apparitionem angeli, & diſceſſum illius pauens & tremens, ad vxorem ſuã exclamauit dicens: Morte moriemur: quia vidimus angelum domini. Quem illico cõſolata vxor, tanquã hactenus viro ſuo & corde ſolidior, & ſpe robuſtior, reſpondit· Si dominus nos vellet occidere, de manib⁹ noſtris holocauſtũ & libamenta nõ ſuſcepiſſet, nec oſtẽdiſſet nobis hæc omnia, nec ea quę vẽtura ſunt dixiſſet. Id quidẽ pauoris & formidinis in veteri teſtamẽto cũctis incutiebatur, tanquã & lege cautũ tunc eſſet, nec minus conſuetudine & experimento probatum, eos protinus a deo morti dedẽdos, qui vel deũ vel dei angelum quouis modo ſtãtes in carne cõſpexiſſent. Moyſes quoq; elect⁹ dei e millib⁹, e cui⁹ ore manauit terrifica iſti⁹

eloquij comminatio. Nõ videbit inquã me homo, & viuet: cũ oraſſet deum vt oſtenderet ei & gloriã & faciẽ ſuã: quãquã tantus eſſet, vt illi in familiari dei collocutiõe ſurrexerit poſtea par nemo, repulſam tamẽ ſuæ petitionis a deo accepit, & nec aliud eius oratio q̃ vt tantum prætereuntis dei poſteriora ſpecularetur impetrauit.

EXEMPLA AB HISTORIIS gentilium. Cap. x.

ET ſi huic obiter rei citandũ etiã eſt euagationis cauſa exemplũ ab hiſtorijs gentiliũ, narrãt poetarum hiſtoriæ, quãquam fabuloſę, tamen nonnihil occultę eruditionis ieiunę mẽti offerentes, Semelem quõdam Cadmi Thebarum cõditoris filiã petijſſe a Ioue vt is ad ipſam in maieſtate tonantis dei, & quidem etiam cum fulminibus accederet: doluiſſe vero hac ipſius petitione Iouẽ: attamẽ peruicacia & cupiditate muliebri interpellatum euictumque id ei annuiſſe. Sic ſtolidam mulierẽ ſuo deſiderio luſam, primo dei acceſſu fulminibus deuſtam conflagraſſe, ſibique ipſi feſtinam & properam extitiſſe mortis cauſam, & ſuo docuiſſe exẽplo, debere mortalem neminem ea poſtulare a deo, quibus humana ſit fragilitas impar. Canunt etiam Poetæ Thamiram peritiſſimum quendam citha-

rœdum temere certare cũ Muſis auſum quidem fuiſſe, cæterum mox ab eis victum, non modo lyra ſpoliatum, ſed & membratim diſcerptum dediſſe æternum iſtud poſteris ſui nominis prouerbiũ, Thamiras inſanit. quod myſtice docet, eos omnes eſſe mente captos, atque plane inſanire, qui aut prouocare deum, aut maiora virib⁹ a deo petere auſint: cũ etiã & ſacer Paulus edoceat debere neminem ſuperbe ſapere, ſed ſobrie & cũ modeſtia ſapiẽdum a quolibet. Sed iam ab his ad ſacræ ſcripturæ hiſtoriam reuertamur.

DE COELESTIS IGNIS LAPSV IN PENTAPOLIM. CAP. XI.

CVM deus olim cœleſtem pluit ignem in pentapolim, cuius Sodoma caput fuit, vertitque eã in mare aſphalti, qđ & aliter mortuum vocãt, præceperat tum angelus diuinæ vltionis miniſter, Loth, Abrahę patrueli, & vxori, & filiabus eius, quibus propter Abrahã pepercerat deus, vt cita fuga ſalutẽ ſibi vicinis in locis cõpararẽt, nec poſt tergũ ea quæ mox facturus erat deus, aſpicerẽt. E quibus ſola vxor Loth ſolita muliebri leuitate in rem inhibitã prona, & quod mirũ eſt, ſuis etiam filiabus leuior, vbi retrorſum deflexis oculis ea forte vidit, quæ mortalem homi-

nem videre non licuit, verſa repente in ſtatuã ſalis, monumentum præbuit in pręſentẽ vſq; diem cum muliebris inobedientiæ, tũ temeritatis humanæ, ea agnoſcere ſcire & videre deĩ iudicia cupientis, quæ deus ſanxit hominibus ſuper terram viuentibus celari & abſcõdi debere. Quia ergo in viſione & inobedientia erga deũ peccauit vxor Loth, hæc citas ſui reatus pœnas dedit. Et nõ ſolum priuata eſt oculis quos aperuerat ad deum vlciſcentem inhumanum impię gentis peccatum, ſed & vitam & ſubſtantiam inſueta, vt ita dicam, metaplaſmo, facta lapis ſalis, amiſit. Nadab & Abiud filij Aaron igne alieno thurificantes deo, ab egreſſa repente a deo in eos flamma deuſti, coram omni Hebræorũ multitudine in deſerto perierunt. Oza ſub Dauid rege quia ſola manu arcam tetigit dei, quam calcitrantes in via boues inclinarant, momento corã deo percuſſus interijt. Ozias rex Iuda præter officium ſuum offerens incenſum deo, cõfeſtim eadem lepræ plaga percuſſus eſt a deo, qua & ſoror Moyſi Maria rebellis in Moyſen, & Giezi diſcipulus Heliſei, qui a Naaman Syro ſuſceperat auaram redditæ a magiſtro ſanitatis mercedem. Hæc quidem exempla quæ tibi tranſeunter in mediũ dedi, docent nõ modo quàm periculoſa & illicita olim hominibus fuerit viſio dei ſub tempore veteris teſtamenti, ſed quàm etiã celer & propera, nec minus ſeuera fuerit in diuinorum rituum tranſgreſſores &

prævaricatores illius vindicta. Nam etiam & tum quidem ipſa ſola auditio verborũ dei nõ ſolum vexationem dedit auditui, ſed & terrorem dudũ mortis incuſſit omni populo ſtanti cum Moyſe in deſerto, vt qui deũ ſe manifeſta voce alloquentem audientes, Moyſi a lõge dixerũt: Loquere tu nobis, & audiemus: nõ loquatr̃ nobis dominus, ne forte moriamur. Hæc quidẽ rudi illi populo male ſe adhuc erga deũ habenti in illa ætate nubis & caliginis obtigerunt.

DEVM PER INCARNATIONEM ſuam & viſibilem & palpabilem effectum. Caput. XII.

AT vero vbi in nouiſſimis diebus inconſpicabilis olim deitas, ſeſe vmbraculo humanæ ſubſtantiæ veſtiuit, & inter homines conuerſari volens, ſimilitudinem induit noſtram, tum non ſolum nihil dedignatus eſt deus ſe humanis videri oculis, nõ modo a ſenſuum nobiliore ſe capi non renuit, ſed q̃d maioris eſt clemẽtiæ ſignum, etiam ad noſtra humilia ſic ſeipſum (in ſuæ tamen manẽs altitudinis ſolio) deiecit, vt in abiectiſſimo ſenſuum noſtrorũ, id eſt in tactu ſe reuelarit, vt qui benigniſſime ſe etiam tangi & palpari permiſerit, & noſtræ vſque adeo ſubſtantiæ humilita-

tem ſublimarit, vt voluerit illius integritatem cum ſuę excellentia deitatis in vnius perſonæ concludi inſeparabili vnitate.

DE MODO RAPTVS BEATI PAVLI. CAP. XIII.

ET vt hinc regrediar ad Paulum, quod Paulus in eo ſuæ repentinæ immutationis inſtãti, quo ex Iudaiſmo repente vocatus eſt in militiã Chriſti, viderit deũ: ne quis forte neget, teſtatur ipſemet, cũ de ſeipſo hæc verba fudit. Nouiſſime autem tanquã omniũ abortiuo viſus eſt & mihi. Cęteri quidem qui comites itinerum ipſius ibant cum eo in Damaſcum, quiqꝫ eum in terrã præ luminis copia cadentem circunſteterant, vocem quidem Chriſti eum alloquentis audiebant, neminem autem videbant, vt qui nec tam mundos oculos habebant, & nec eos abſorbuerat imminens circa Paulum immenſum lumen, in quo obfuſcati tenebris eius exteriores oculi, & verſi in albuginem & ſimilitudinem lippientium ſquammarũ, auxerunt obtenebratione ſua vigorem interioris oculi vſque in viſionẽ dei. Comites quidem Pauli vocem ſane ipſam audierunt, neminem autem viderunt. Paulus audiuit & vidit, qui tamen in ea viſione corneolis affectus oculis tridui ſpatio nil vidit,

nec aliquid aut comedit, aut bibit, quoad ſa-
cra regenerationis ynda perfuſus, vnà & chri-
ſtianiſmum induit,& velum hebraicæ cæcita-
tis,quod oculos ipſius vmbrabat,id eſt albicã-
tes ſquãmas oculis excuſſit. Non abſq; myſte
rio obtigit iſtud in vno eiuſmodi viro, quem
deus ex Hebręis ſelegit in apoſtolatũ gẽtium,
cuiuſq; ſpiritũ euexit vſq; in tertium cælum:
vt hic non in traditione hominum,non in do-
ctrina & in tumore mundialium ſapientum,
ſed in ſtultitia mundi, & in ſapiẽtia ſolius dei
corda multorum conuerteret ad deum.

DE ABSTRACTIONE ANIMARVM SANCTARVM IN DEVM,LICET IN CARNE ADHVC DEGEN-TIVM. CAPVT XIIII.

QVod autem vlterius de Hierony-
mo inquiris, id tibi perſuade,ean
dem cauſam habere, quam & ra-
ptus habet Pauli,licet paulo hu-
miliorem. Nam multis in locis
leguntur ſancti qui in terris per fidem,per iu-
ſtitiæ opera, præuiam concomitantia fidem,
vti per carnalium rerum abſtinẽtiã, per ſum-
mam item & eximiam animi munditiam pa-
res angelis euaſerant,ſæpenumero angelorum
choris ſacro mentis exceſſu interfuiſſe, & ali-
quot etiam dierũ ſpatio nihil eorum quæ ſunt
corporis perſenſiſſe,tanquam reuera præcoci-

bus venturæ beatitudinis arris deus eorum animas prius quàm carne ſolutas imbueret,& apparatum venturarum deliciarū beatis animis hoc mūdo ſuperioribus,& re quidem ipſa degentibus adhuc in carne, ſed nihil huius mundi cōcupiſcētibus,ſummus ille feliciſſimi conuiuij inſtructor,& eternæ māſionis hoſpes exhiberet. Quamobrem vbi poſt lætitiā cæleſtium ſympoſiorum, quibus aliquandiu ſe interfuiſſe ſanctæ eiuſmodi animæ meminerāt, ſubito in corporis miſerias ſe reuolui cernebant,ſimul & ingemiſcebant, & re ſecum demirabantur noua. Ingemiſcebāt quidem inopinatam a tāto gaudio ſui abreptionem, quo diutius ipſis frui non licuiſſet. Mirabantur vero ſibi vſq; adeo repente & in inſtāti diuinarum iucūditatem deliciarū diſparuiſſe, ſeq; in erumnoſa carnis clauſtra puncto reuolutas.

DE REGRESSV SANCTARVM ANIMARVM AB ABSTRACTIONE DIVINA IN CARNEM. CAP. XV.

ET ne longe ab hinc eius exempla rei diſquiramus, præſto eſt beatus Paulus, qui id quidē ſacræ agoniæ ſæpenumero in ſe ipſo perpeſſus eſt. Vbi enim poſt exceſſum ſuū reuerſus in ſeipſum, ſe carni & mundo huic reſtitutū vidit (a quibus for-

te ſe cum deo aſſiſteret, reuera abiunctum credidit) in has flebiles cantilenas læta ſimul ac triſtia adaperuit labia. Cupio, inquit, diſſolui, & eſſe cũ Chriſto. Et rurſum, Viuo quidẽ iam non ego: viuit vero in me Chriſtus. Item, Mihi viuere damnũ, mori lucrum. denique, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hæc & lęta & lugubria cantica cecinit redditus ſibi ipſi a ſua extaſi vir ille, vtpote actus a ſacra orexi, & languẽti deſiderio vitæ futuræ, & præſentis tædio, qui etiam acre duarum iſtiuſmodi vitarum duellum in ſe perſentiens, dicebat ſe quidem aliam in mẽbris ſuis reperire legem legi Chriſti repugnãtem, ſibique ob eas carnis & ſpiritus colluctationes vix libere adeſſe, vt faceret id quod vellet bonum, gemens propterea ac mœrens, quoniam magis id quod nollet malum inuitus perficeret.

ANIMAM PER DIVINAM ABSTRACTIONEM ESSE VT IN TOTO TOTAM MUNDO, ITA RURSUM TOTAM IN QUALIBET PARTE MUNDI. CAP. XVI.

HAec autem felix ſanctarum animarũ a carne ad deũ abſtractio, & rurſum earum in carnẽ ſecretiſſima & inuiſibilis repedatio, ſicut nullo impeditur loci interuallo, ita & nullius temporis indiga patratur

in momento. Non enim difficile deo eſt, vt is qui hominis animam ſtare fecit ab origine ſua totam in corpore toto, & rurſum totam in qualibet corporis parte, faciat & eandam per ſummam ipſius a carne abſtractionem, licet adhuc re ipſa in carnis gurguſtiolo demorantem, eſſe equidem per vim efficaciſſimæ viſionis in toto totam mundo, & rurſum totam in qualibet ora & plaga mundi. Etenim cum parem conflet proportionem anima ad carnē, ei ſtateræ qua ſe homo habet ad mundū, quid oberit quin aſſeueremus mūdum eſſe vt quoddam ampliſſimum hominis corpus? Et ſanctorum virorum animas ad id etiam in mundo hoc prouehi dignitatis, vt ſupra clara mundi mœnia in ipſis iam paradiſi veſtibulis a deo locentur, & vt eo quoque pacto ea quęcunque in mundo fiunt, hæ e ſuæ ſpeculæ faſtigio conſpicentur, quo & quælibet animæ nihil earum actionum non vident, quas in ſubiectis ſibi ſuis ipſorum corporibus ipſæ eo quo pollent naturali vigore moliuntur? Hæc & tantula pro tēporis anguſtia de ſacris beatarum mentiū exceſſibus habe nūc tibi, quę iuxta ingenij mei modulum tuis poſtulatis exolui. Atq; hic quidē iam opportune facturus eram dicēdi finem, ſed calamū abijcienti nondū exhauſta interiore ſucco mēs plurima adhuc ingeſſit de raptu & extaſi dicēda, quæ quia (vtpote ſcitu digna) ſicco veſtigio pręterire, & ſub labijs retinere erubui longius,

in hanc adhuc ſentẽtiam excurſurus, fila nebo cœpti ea de re ſermonis protenſiora.

RAPTVM ANIMI ESSE INTERDVM ADAPERTIONEM ET CLARIFICATIONEM INTERIORIS OCVLI. CAPVT XVII.

RAptum animi nonnulli vocant ſublimationem vel adapertionẽ interioris oculi, cum quo ſæpe etiã numero exterior quoq; oculus a nimia ſubtilitate ac defecatione ſui ſic adaperitur, vt hunc longe lateque in quauis rerum differentia, vti & in loco, & in tempore, omnia velut vicina & præſentia poſſe contueri, nihil difficile arbitremur. Et hanc quidem vtriuſque oculi inimpeditam radiorum euibrationem dudum ſanctos prophetas ſupra cæterorum hominũ culmina a deo prouectos obtinuiſſe edocemur: quos olim ab eiuſmodi inſigniter vidẽdi altitudine communis & attonita eorũ miraculo plebs conſueuerat dicere videntes, ſicut legimus in Saule, cum perrexiſſet cum comite puero ad diſquirẽdas patris ſui aſinas· Eamus ad videntem, id eſt ad Samuelẽ. Hic enim eo tempore erat videns in Iſrael: qui poſteaquam Sauli ad ſe veniẽti eum fore regem ſuggeſſit, etiam eidem ad patrem redituro ea cuncta prædixit, quæcunque illi occurrerent in via.

IN VISV, VTI IN SENSVVM HONESTISSIMO, NON AB RE RATIONEM PROPHETIAE DESCRIBI. CAP. XVIII.

NOn ab re deſcribitur in viſu, vti in ſenſuũ honeſtiſſimo, magnæque nobilitatis, & lõgiſſimæ exporrectionis, ipſa ſacræ prophetiæ, id eſt occultiſſimæ viſionis ratio, quæ eſt futurarum prædictio rerum, & quædam earum, quanquam longe abſentium, tanquam præſentium inſpectio. Quæ profecto occulta viſio, & præcox futurorum ſcientia, quandam oculi velut in cælo ſtantis, & e cæli cardine omnia contuentis, ſublimitatem depoſcẽs, nihili ea facit quæ gregarijs, inferioribuſve oculis nihil ſupra mundum contueri valentibus facile obſunt. Si enim, vt aſtrologi volunt, terræ globus, quanquam magnitudine nobis ignotus, e cæli tamen ratione & conſpectu quædam eſt atomus, & vt impers puncti glomus: finge iam oculũ in ipſa cæli ſpiſſitudine inſtar* ſtellæ affixum. nõne hic oculus, cui terræ orbis cuiuſdam puncti ſpeciem præbebit, cuncta longe lateq; proſpiciet, quæ vbilibet in vniuerſo terrarum ambitu fient? Et nec longa terrarum diſtantia, huius ſublimis & ſereniſſimi oculi aſpectum vſquam impediet, vt quẽ quanto quis finxerit loco & corporea altitudine ſtare ſublimiorem, tanto etiam

Nota, ĩſtar, ne intelligas ibi oculum vnũ æq̃ mollis & pfectionis precisæ cũ noſtris.

veriſimiliter exiſtimandũ illi eſt hunc ab ipſa dei vicinia euadere illuſtriorẽ? Sicuti legimus de Moyſe, eius quidem faciem ex conſortio ſermonis domini apparuiſſe cornutam, id eſt angularẽ, & a reciprocis luminum radijs prominentem: oculoſq; Hebræorum, niſi eam cũ ad eos loqueretur, velamine texiſſet, ab ipſa egredientium radiorũ euibratione obfuſcantẽ.

OCVLIS PROPHETARVM NIHIL OBSCVRVM FVISSE. CAPVT XVIIII.

OCuli igitur prophetarum & ſanctorum ab ipſa ſui ipſorũ eleuatiõe, ab ſuperhumana adapertione & expiatione ſuæ pupillæ, q̃d mirum ſi omnium eorũ quæ velut ex ipſo cæli axe facile inſpexerunt, clariſſimum iudicium tulerunt? vix enim obſcurum quicquam eorum illis fuit, nihilve pene taliũ ab aſpectu mũdiſſimæ & expiatiſſimæ aciei ſeſe vllo vallo aut muro ſic protexit, vt latuerit eius energia ſeu deſignatio viſionẽ tam defecati oculi, pluſquam equidem lyncei, & longe ſupra fabuloſi Argi hecatophthalmiam videtis, nempe ipſos etiam nonnunq̃ inuiſibiles ſpiritus æque vt & craſſiuſcula corpora acutiſſime diſcernẽtis. Cũ Heliſeus obſeſſus in Dothain ab exercitu regis Syriæ, orauit ad dominũ, vt diſcipuli quidẽ ſui tum a facie viſibilium hoſtium trepidãtis oculos aperiret, cum diceret:

ei nō credēti·Noli timere:plures nobiſcū ſunt, q̃ cum illis:cōfeſtim diſcipulus eius ab oratione magiſtri ſui prophetico iā & expiato oculo effectus vidit in circuitu Heliſei montem immenſum plenum equorum & curruum igneorū,quos tamē ante orationē prophetę albuginεis adhuc & inefficacibus oculis, nullā diiudicādorū ſpirituū habētibus vim,videre prorſus inhibebatur. hæc quæſo diſcipuli viſio nōne ab oculorū ipſius repētina adapertione,aut amotione veli extaſis quędam & ſtupor illi,licet & vigilanti,& in terra ſtanti, attamen ſpiritus æque vt & corporea entia liquido cōtuēti, fuit? Similiter cum dominus poſt reſurrectionē ſuam apparuit Mariæ Magdalenæ iuxta ſepulchrum ſuum flenti,deinde & diſcipulis duobus euntibus in Emaus,necnon & diſcipulis etiam poſtea ſuis congregatis in vnum: oculi eorum primo quidem tenebantur,ne eū agnoſcerēt: poſtea vero hi non ſua ipſorū virtute,ſed aſtantis Chriſti miraculo & potentia vbi repente adaperti ſunt eorū oculi, & ſublimi ac nitida acie effecti, protinus eū cognouerūt.Cùm etiam dominus dixit ad Nathanael interrogantē,Vnde me noſti? Prius q̃,inquit,te vocaret Philippus,cū eſſes ſub ficu,vidi te.hæc vtiq; clara,& nullo obice impedita domini viſio, ſuperhumani,non dubiū eſt, fuit oculi. Et cū etiam dixit diſcipulis· Ite in caſtellū quod cōtra vos eſt: & ſtatim inuenietis aſinā alligatā,& pullū cū ea. Et rurſum de præparatione

paſchalis cœnę·Euntibus vobis in ciuitatē,oc-
curret vobis homo lagenā aquę baiulās.quocū-
ꝗ introierit,ſequimini illū.Cum etiā ante paſ-
ſionē ſuam dixit Petro,Vade ad mare,& eum
piſcem qui primus aſcenderit, tolle, & aperto
eius ore inuenies ſtaterem:quem ſumēs da eis
pro me & te.Ibi quidem tria ſunt cōſideratio-
ne digna. Longe tum aberat dominus a mari.
Mare tegebat piſcem. Obſcuræ piſcis ſquam-
mæ latētem intra piſcem tegebant ſtaterem.
Et tamen nihil horum trium impediuit clarā
& veridicam dei viſionem,quam Petrus præ-
cepto(vt citra literam præſumendum eſt)do-
mini obſecut⁹, capto piſce,& aperto eius ore,
ita vt prorſus prædixerat dominus ,ſeſe habe-
re deprehendit. Hæ igitur omnes abſentiū &
procul exiſtentium viſiones & prædictiones
rerum eo prorſus quo ſe modo habebant,non
humani,ſed prophetici & ſuperhumani oculi
velut ex ipſo cæli axe vniuerſa inſpectantis
ſublimitatem ,& longiſſimæ exporrectionis
efficaciam ſapiebant.

DILVTIO OBIECTIONIS AD RAPTVM DIVI PAVLI. CAPVT XX.

SEd dices raptum Pauli nō in vi-
ſu,ſed in ſenſu alio,vti in auditu,
illi obtigiſſe , cum etiam epiſto-
la eius teſtetur,eum quidē ipſum
non vidiſſe,ſed audiuiſſe ſecreta,

& arcana dei verba,quę nõ licet homini loqui. Nihil vero obiectio hæc ad rem. Nam de auditu,vt & de viſu,idem prorſus in raptu & in ſenſuum eleuatione crede faciundum eſſe iudiciũ. Adaperuit enim deus aures eius,& extulit eouſq; illum,vt audiret ea ad quæ humanarum aurium vigor prorſus hebeteſcit.

Et quanquã iam ſufficientia percontationi tuæ iuxta ſaltem modulum meæ intelligẽtiæ tibi enuclearim,adhuc tamen longius iactam hanc proſequar aleam,vt ab hiſtoria & ſimilitudine doceam, quò queat noſter oculus vel alius quilibet ſenſus modo ſupra humanã attolli vim,vt in longe abſentium rerum viſionem,ſicut & in aſpectum præſentium proten dat euibretque ſui terſiſſimi iudicij acumen.

Cũ ſemel Athenienſes graui peſte cõflictati,eius luis cauſam a Socrate ſapiente petijſſent,iuſſit Socrates in magnam aëris altitudinem erigi ſpeculum prægrande, in quo oſtendit eis,ſtans quidem in medio ipſe vrbis foro, latitantem extra vrbem ſub radicibus montium miræ magnitudinis ſerpentem,cuius halitu tetro labefactatus aër eam qua vexabantur pepererat luem:quo viſo profecti eò ciues ſerpente perempto,& cadauere eius ambuſto, mox a peſte liberati ſunt.In eo igitur caſu qui Athenienſibus medelam dedit,oculus philoſophi & ſapientis viri nihilo cæterorum hominum oculis nitidior aut efficacior,materialis ſpeculi ope ſe iuuit,vt abſente & ĩterſtite mõ-

te, ſemotum ſerpẽtem cum inſpectaret, tum eius latebras ciuibus proderet.

OCVLOS PROPHETARVM NItidiores extitiſſe oculis mundialium ſapientum. Cap. XXI.

AST oculi prophetarum velut lõge ſublimiores & nitidiores oculis ſapientium (nam & philoſophorũ gregem ſingula a mundi ſpeculatione noſcẽtem, altiore vincit gradu afflata deo candida prophetarũ turma) tantæ claritudinis & efficaciæ ſunt, vt clariſſimæ eorum acies nihil indigeãt iuuamine & præſidio materialis ſpeculi, quo longinqua & longiſſime a ſe ſemota veluti vicina & præſentia inſpectent. Nam pręfulgidus cæli vultus ſpeculum illis fit, offerens quidem illis e tholo & ſuggeſtu mundi quicqd in ſubiacentibus terrarum locis vbilibet patratur, & quod etiam gregarijs communibusve oculis ob nimiam ipſorum hebetudinem conceſſum vt videatur non eſt. Species etiã & veſtigia eorum quę in terris fiunt, ſi ſcandunt quidem, vt halitus, vt vapores & fumi ab imo in altum: & ſi vel in nube vel in ſuperioris aëris regione vel in ipſo etiã ſummo cœli hæmiſphærio vti in ſpeculo quodam clariſſime niteſcunt: quid oberit vt abſque materialis ſpeculi ope expia-

tiſſimis ſanctorum hominum, vti propheta-rum, oculis micātia in ſublimi iſtiuſmodi inferiorum rerum ſigillaria & ſigna ſe quàm facile prodant?

QVALE SIT OFFICIVM PVblicæ viſionis, & quot illius impedimenta.

Caput. XXII.

ET vt ab iſtis migremus in publicæ viſionis officium, quæ ſatis huic negocio quadrat, imòremurque parumper in ea: nouimus eſſe tria publicæ viſionis impedimenta, imbecillitatem cumprimis & velamen oculi, deinde indiſpoſitionem & obtenebrationē medij, poſtremo abſentiam aut ſeparationem obiecti. Infirma nempe oculi pupilla, vel obſcuro obtecta velamine, viſioni apta non fiet. Medium, vti aër, cum vel nubilum fuerit, vel nulla affectum luce, viſionē etiamnū impediet. Obiectū denique quod vel prorſus abeſt, vel longius quàm par eſt, ab oculo ſemouetur: viſioni perparum imò nihil quadrat. Vulgo quidem hæc tria corporeis oculis in iſtis elementis obſunt, ne rite hi de coloribus, aut luce, aut viſibiliū quarūlibet rerū ſpeciebus iudicent. In iſtis quidē elementis, dico, in quibus vix experiri licet

oculum non conniuentem,ſeu nube & pertur-
batione vacuũ, qui in ſua queat amuſſi æquũ
ferre iudicium ſingulorum. Nam in ſuperele-
mentari regione perturbationum neſcia,nihil
trium iſtiuſmodi impedimentorum cadit:vt-
pote in qua oculi perpetuo nitentes ac ſereni,
amoto veli obſtaculo terſiſſime omnia vidẽt.
Medium iucunda ſemper luce tranſparens,te-
nebrarum viciſſitudinibus obnoxium nõ eſt.
Diſtantia demũ nihil obeſt quin viſibile obie-
ctum ſuo ſemper oculo præſentiſſimũ adſtet.
Cũ igitur mundiſſimi & perſpicaciſſimi pro-
phetarum reſpectu plurimorũ obiectorũ non
parũ etiã diſtantiũ circa quæ a ſpiritu ꝓphe-
tico cõuertunt̃, oculi ſint,nẽpe in hoc angelicę
quaſi aciei pares: nõ igitur mirũ ſi in hoc etiã
mundo lucidiſſime ea contuentur in nube, in
aëre,in cælo,in ſeipſis denique:vſque adeo,vt
nec præſtigia dæmonum aut magorum vl-
lis ſuis phantaſmatis lympidæ eorum viſioni
(ſicuti ſolent plebeiorũ aſpectibus, & craſſis
eorũ oculis)illudant:vt qui prædicta adamuſ-
ſim in ſuæ veritatis lima & in archetypo per-
ſpiciant. Specula etenim lucida ſunt viris ſan-
ctis amoto velamine plurima: vti mũdus,cæ-
lum,aër,& ſuæ prętertim ſereniſſimæ ipſorũ
mentis thalamus:quæ cæteris caliginoſa quę-
dam potius corpora ſunt, ac latentes decipu-
læ. Adde,ſi vis,iſtiuſmodi materialium ſpecu
lorum adminiculis,eorum etiam quæ potiſſi-
ma atque inuiſibilia ſunt,inſigne iuuamen,vti

ſpiritum cælitus illabentē, & ſanctis cæleſtia pleraque ſuggerentem, ipſumque etiam deum mira per ſe reuelantem ijs qui ſuæ ſpeculum mētis voluūt obijciūt ac conuertūt in immē-ſam diuini luminis caliginem.

DE RAPTV HELIAE A DEO in curru igneo. Cap. XXIII.

ET eius quidem ſecretiſſimæ reuelationis dabimus a ſcripturis exemplum. Cum deus tollere vellet Heliā e terris ad ſeipſum: quocunque tū, imminentē ſui raptus termino, pergebat Helias comite Heliſeo diſcipulo, accedētes filij prophetarum ad Heliſeum, dicebant illi: Nūquid noſti quia dominus tollet hodie dominū tuū a te? His autem hæc percōtantibus respondebat Heliſeus: Et ego noui. tacete. Qui propterea deſerere nolēs Heliam, etiam renitēte Helia, iubenteque vt ſederet in quo erat loco, nec ſequeretur eū quo miſiſſet eū dominus, præcipienti non acquieuit: verū iubenti illi & ſemel & bis & tertio, reſpondit: Viuit dominus, & viuit anima tua, quia non dimittam te. Hoc quidem faciēs, vt videret futuræ mox rei, cuius iam bene conſcius erat, finem. Et ob hanc ſui ſodalitij pertinaciam impetrata ab Helia optione petendi id quod vellet priuſquā ab eo tolleretur, obtinuit tandem & pollicitatione

Heliæ(quanquam initio anxia)& munere dei Heliſeus rem quidem grandem & arduam, vt duplo augeretur in ſe ſpiritus Heliæ, qui primũ ab Helia ſolius contactu pallij acceperat ſimplex donũ prophetiæ. Ecce ibi & filij quidem prophetarum, & Heliſeus nõ in materialium ſpeculorum adminiculis, nõ in nitida cæli glacie, nõ in ſereno aere, aut in lucida nube, ſed in intimæ mentis arce, ſolo reuelante ſpiritu dei, belle antea nouerant quid iam moliretur deus in perſonam Heliæ igneo mox curru & igneis equis e conſpectu hominum tollẽdã.

DE HELISEO QVI SVSCITAVIT FILIUM MULIERIS SUNAMITIDIS. Caput. XXIIII.

RVrſum cum mulier Sunamitis, quæ prius quidem ſterilis erat, nulliusve prolis parẽs, & poſtea precibus ſancti hoſpitis ſui Heliſei pepererat filiũ, mortuo filio recurriſſet amaro corde ad deprecandum Heliſeũ tunc ſtantẽ cũ Gieſi diſcipulo ſuo in mõte, vt venire dignaret ipſe, & ſuſcitaret filium eius; tenuiſſetq; ipſa mœrẽs pedes Heliſei, & amouere eam conaretur Giezi, reſpõdit Heliſeus: Sine eam. anima enim ei9 in amaritudine eſt, & dominus celauit a me, & non indicauit mihi. Hoc quidem dixit velut magnæ erga deum fiduciæ propheta, tanquam id vnũ

quod ſe abſente filio mulieris accidiſſet, celaſſet ei deus, quem tamē cæterorum,& quidem maiorum & grandiorū quæ facturus erat,con ſueuerat occulta reuelatione,abſque etiam voce,& ſine angelica denunciatione efficere conſcium. Nam & poſtea idem ipſe venturę conſcius famis,quam ſecretius didicerat a deo, dixit ad eandem mulierem: Vade & peregrinare tu & filius tuus,quocunq; tibi fuerit voluntas.Vocabit enim dominus famem ſuper terram ſeptem annis. Et rurſum conquerente Benadabo rege Syriæ apud ſuos,ac dicēte:Quare nō indicatis mihi quis ſit proditor mei apd̄ regem Iſrael? reſponderunt ſerui eius dicentes. Nequaquā ita eſt domine mi:ſed eſt Heliſeus propheta in Samaria, qui indicat regi ſuo omne verbum quod locutus fueris in conclaui tuo.Non dicit ſcriptura, omne verbum quod cogitaueris,ſed tantū quod locutus fueris:cum difficilius equidem ſit nudas noſſe cogitationes hominum,quàm ſcire verba & ſermones eorum, quæ ſunt velamina & inueſtituræ ſimplicium nutuum,& ſenſibiles tegulæ inuiſibilium mentis cogitationum.Nam illiſi ore ſermones, cadunt eueſtigio in aures. At cogitationum ſcintillæ cum intra ſtent, & intrent ſolius mentis aluum,ſenſui nondum vlli patefiunt ante vel vocis vel ſcripturæ palliū:quanquā apud ſpiritū dei ſanctum,qui totius eſt author prophetię,& dux prædictionis futurorum,qui arcanarum cogitationum nu-

tus hominibus ſecreti⁹ immittit, & omnia clariſſime noſcit, antequam etiã fiãt: nihil diſtat a cogitatione ſermo, nec a ſermone cogitatio: adeo vt hic nõ minus ipſas hominum cogitationes, quàm lapſos ore ſermones ijs quibus voluerit denunciet.

OPINIO MAGORVM DE COgitationibus hominum. Caput. XXV.

MAgi volunt cogitationes hominũ haud eſſe in poteſtate dæmonũ, nec eas vlli prorſus alij a ſuggeſtione dæmonũ reſerari ac detegi poſſe, prius quàm hæ forinſecus in ſermonem, & per ſermonis eue ctionẽ in aures inciderint. At vero prophetæ vt Magis, hariolis, & auguribus altiores, & vt longe ſanctiore ac mũdiore ſpiritu afflati, ita & certius longinqua ac futura præuidentes (nam illi ſpiritum dei ſanctum ſuæ totius prophetiæ & ſacræ viſionis magiſtrũ authoremve exaudiunt, hi vero a mortuis ſpiritibus omnia diſcunt) diſcrimẽ nullum faciunt cogitationum & ſermonũ: vt quos quidẽ nullus arcet obex, nulla impedit nubes quo minus lucida eorum viſio penetret in mẽtem alteri⁹, ſcrutẽturq; & prænuncient ea quæ quiſque ſola ſecum mẽte conceperit, & quæ necdum vel ore dederit

in affamen, vel manuum ope perduxerit ad operis & ſcripturæ culmen. Huius quidem rei teſtimonium citandũ eſt a dilecto dei Daniele, qui nocturnum Nabuchodonoſoris Regis ſomnium, a repentina exterritione ipſius lapſum illi in obliuionẽ, ductore, inſinuãteq; ipſo, quo plenus erat, ſpiritu dei, & inueſtigauit, & illius ſignificantiam illi plane diuinus & veridicus vates ediſſeruit. quod nulli tamen augures aut mundi ſapientes (quorum ingentem cateruam circum ſe magnis impenſis alebat) ſuo ipſorum ſpiritu inueſtigare, & in regis memoriam reuocare valuerunt.

DAEMONIBVS NOTAS ESSE HOminum cogitationes, eas duntaxat, quas ipſi immiſerint in mentem. Caput. XXVI.

SPiritus maligni, huius quidem mundi rectores, & tenebrarum harum præſides (a quibus harioli, magi, aruſpices, genethliaci, incantatores, & vt plurimum cuncti ſecundum huius mundi elementa ſapientes, omnia diſcunt) quanquam ſubtiliſſime & ſupra hebetem hominum aciem omnia quę in iſtis elementis fiunt, vident: hanc tamẽ in hominum cogitationibus non habent conceſſam ſibi a deo vim, vt ne ſolum earum ſenſa diſcutiant, verum vt ne ſcrutentur quidem, & pro-

dant eas prius quàm hæ in velum aut vocis aut ſcripturæ e thalamo ſuo, id eſt e labro & ſcaturigine mentis lapſæ venerint vel in aurium vel in oculorum iudicium: Niſi forte dixerit quis, quod & ipſe non inficiabor, eiuſmodi quidem ſpiritus, qui lapſi e cælo exciderunt a deo, eas equidem vnas noſſe hominum cogitationes, quarum ipſi clandeſtina ſuæ ſuggeſtionis immiſſione fuerit authores, id eſt quas ipſi ſuo more inſufflarint in ventoſum vtrem animi ſalubri meditatione vacui, quas ve ſeuerint & effinxerint in ſterili arena, inque ſolo ſalſuginis vagarum ac deſolatarũ mentium. Vagas equidem iſtic & deſolatas mentes voco eas quæ deſertæ a ſpiritu ſancto, vix iã dei meminerint, & quæ nec in diuini ſeminis ſuſceptionem exercent ſe ſalutari probitatis vomere: nec in proferendam vberem dei meſſem ſerotinum a deo expetunt imbrem. Mens enim, vt Trimegiſtus Mercurius vult, omnes in ſe notiones concipit: bonas quidem quoties a deo ſemen infunditur: contrarias autem, cũ a dæmonibus quibuſdam ſpermata iaciuntur. Nulla etenim (ait) mundi pars eſt dæmonum præſentia deſtituta. Dæmon autẽ tranſfuſus in hominem, ſemina propriæ notionis inſpergit. Mens autem conſperſa ſeminibus, prægnans inde, parit adulteria, ſtupra, homicidia, parricidia, ſacrilegia, diuinorum contemptum, iugulationes, euerſiones vrbium, peſtes hominum, & reliqua omnia quæcun-

que malorum ſunt opera dæmonum. Dei autem (rurſum ait) ſemina pauca. At illa quidem magna, pulchra, bona: virtus ſcilicet, temperantia, pietas, & cognitio dei. Hæc ille de diuerſis ſeminibus noſtrarum mentium, bonis inquam & malis, quibus hæ à diuerſorum ſpirituum impræguatione, & ab incurſu eorum quibus ſe ſubdunt, obnoxiæ ſunt. Cæterum ſinamus iam ad latus iſtinc hæc abire gentilitia & prophana, & reuoluamus ocius habenas ad ſanctiora, a quibus euagati huc vſque ſumus, vt & ad ſpiritum dei totius prophetię authorē, & ad exceſſum raptumve ſanctarum & ſublimiorum mundo mentium cōfeſtim regrediamur.

RVRSVM DE ABRAHAM, QVO PACTO EXVLTAVIT VT videret diem domini. Cap. XXVII.

DIximus iā de Abraham, qui ſanctus quidem vir, & placens deo, & propheta extitit, de quo ſcriptum eſt in euangelio velut ex ore domini Ieſu: Abraham exultauit vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt. Nonne ibi innuitur oculus Abrahæ fuiſſe propheticus, id eſt ſublimior & tēpore & loco quolibet mūdi, vtpote raptus vel trāſlatus in eius ſpeculę altitudinē, in qua ea omnis anno-

rũ & temporum protenſio quæ nondũ efflu-xerat, & quæ futura adhuc erat inter ipſum & diem domini, nihil prorſus illi fuit, & nec diem domini ab illius oculis maiore quàm ſo-lius momenti interuallo abiungere potis fuit, adeo vt ob tantam ſui oculi eleuationẽ, in qua temporis linea penitus abſorpta eſt, & verſa illi in momentum, conſpexerit domini diem vti iam præſentem, & reuera ante ipſius ocu-los extantem. Differentiæ, abiunctiones & in-terualla rerum ſub cælis degentium, ſunt, vt philoſophi volunt, tantum duæ, locus, & tem-pus: hęc quidem fluxa, & aſſidue noua: illa ſta-bilis & fixa. Dicendum ergo de loco in raptu, deq; illius abſorptione vſque pene in nihilum ab eleuatione oculi, ſicuti fluxit iam exactus de tẽpore ſermo. Nã extollentia oculi ſupra axem mũdi, ſicut temporum interualla vertit in tenuitatem momenti: ita & ipſa differen-tias locorum voluit in rem minimam, vti in punctũ: adeo vt ea quæ lõge a ſe ſemota ſunt, nihiloſecius ac ſi vicina eſſent & præſentia, e ſpecula tam ſublimi nitidior oculus ſole, di-lucide & clare inſpectet.

AN RAPTVS FIAT VEL SPIRI-TV REVERA IN CORPORE MANENTE, VEL EO RE VERA A CORPORE SEGREGATO. CA. XXVIII.

SEd hic interim percontatio ſub‑orietur, an hæc ipſa interioris o‑culi ſupra mundũ extollentia fiat vel oculo in copore manente, vel eo quidem ipſo aut veraciter aut alio quouis modo a corporis pondere ſemoto: præſertim cum & beatus Paulus in raptu ſuo neſcius factus ſui, hac nimirum de re dubitaſ‑ſe videatur, cum ait, Scio, inquit, hominem, ſi‑ue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, deus ſcit: raptum vſq; in tertium cælum. Felix hæc ſui obliuio. Ibi enim nõ modo addubitat apo‑ſtolus, immo, quod maius quoque eſt, quodve nutantes dubietatis tenebras obſcuritate diui‑næ intelligẽtiæ excellit, ſe iam ipſe neſcire fa‑tetur, quo modo, quibuſve ſubuehẽtium alarũ remigijs ab humanis repẽte excedẽs raptus ſit vſq; in tertium cælum, deportatus inuiſibili manu dei in adyta & eminentiſſima triclinia diuinarum theoriarum. Dicimus quoniam hęc apoſtoli de ſuo raptu dubitatio, & ignora‑tionis cõfeſſio, cogitanda eſt ad excellentiam pertinere ſuæ in deum ſacræ extollentiæ, & ad tanto, non dubium eſt, maiorem ipſius effer‑ueſcentiam, quanto & quo amplius is qui eam ſui oculi eleuationem ſecretiſſimo & ignoto angelorum miniſterio perpeſſus eſt, per eius incendium velut diuino æſtu torrefactus inca‑luit: eoq; altius abſorptus eſt in diuinæ caligi‑nis & ſereniſſimæ obumbrationis lumen.

DIVINAE SCIENTIAE EXCELLENTIAM IVRE A SVMMIS THEOlogis ignorantiam dici. Cap. XXVIII.

NAm ſummis theologis iſtud dudum conſuetudinis inoleuit, vt diuinæ ſcientiæ excellentiam ipſi præpoſtero nomine ignorationē vocent, tantoq; impenſius quempiam ſcire deum, & igneæ illius ſphæræ effici illum iudicent propiorem, quãto hic accedens ad dei perpendiculum, & ſublatus ad immenſi luminis ſpectaculũ, ſe quidem iam id quod videt, quod ante hebetes oculos habet, plane ignorare & neſcire ingenti tuba proclamarit. Vnde & ipſe quoq; Paulus, tanquam poſt exceſſum ſuum, in quo diuinæ caliginis obumbratio illum ſtupore nimio circundedit, & extra ſe poſuit, ad ſe demũ reuerſus, velut adhuc eo quo incaluerat igne exęſtuãs, in huius illico vocaliſſimæ inclamationis altiſonũ prorupit eloquiũ. O altitudo diuitiarũ ſapientię & ſciẽtię dei, q̃ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Hãc ab exceſſu ſuæ ſanctæ ad deũ peregrinationis retulit apoſtolus ſacræ ignorationis & inſcitiæ mercedem, omni humanæ ſciẽtiæ fulgore illuſtriorẽ. Qui exinde nõ habens iuxta cõſuetã hominũ paruitatem quod authori ſuæ tãtæ eleuationis referret, repẽdit mox illi humano de more odo-

rum thuricremæ laudis incēſum, cū præmiſſæ inclamationi plenæ totius humanæ ignorātię ſubiunxit hoc ſubinde diuinæ cōcelebrationis encomiū, quo myſticos altiſſimæ dietatis gyros, illiuſve & vt in ſe ipſa manentis, & vt omnia a ſe profecta intra ſe cōplectētis circulos expreſſit: quoniā, inquit, ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Et ſubmittēs illico circulo huic feſtiuū & plauſibilē ſacræ laudis finem, concludit in hunc modum· Ipſi, inquit, honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

INTERIM SANCTOS MODVM ET qualitatē ſuæ in deum extollentiæ ignorare. Cap. xxx.

SI ergo hi quidē ipſi de ſuo raptu addubitauerunt, & planè illius modum ſe neſcire confeſſi ſunt, quos eo dignat⁹ eſt munere deus: quis alius mortalium tātæ rei expers, eius quidem muneris, & ſacræ ipſorum extollentiæ qualitatē definire & exoluere ſuo pręſumpſerit ingenio? Sat ergo ſit ad iſtud diluendę percōtationis dubiū, audiuiſſe euāgeliſtā Ioannē, dilectum Chriſti diſcipulum de ſe ipſo dicentem, Fui, inquit, in ſpiritu in dominica die. Quid eſt, quæſo, fuiſſe in ſpiritu? An ſpiritum eius re fuiſſe vera ſegregatum a corpore, vt cōſcius fieret ſecretiſſimarū dei viſionū? Abſit: ſed eſt ſpiritū quidē eius immoto corporis axe, & velut oneroſa illius incude

ſacro quodã ſomno, & conſuetarũ actionũ vacatiõe ſepulta, nec obicẽ alato ſpiritui afferẽte, ratione quadam, & longiſſimæ viſionis radio eouſq; ſublatum & euectum fuiſſe, vt velut in vultu aſtantis ſpeculi ea cerneret, & vt comminus præſentia intueretur, quæcunque longo pôſt tempore facturus erat deus. Potens, vt diximus, eſt deus in nictu oculi diuidere inter carnem & ſpiritum, & ante etiam diuiſionis tempus id facere, vt hominis ſpiritus, quãquã adhuc accola luteæ fictiliſve carnis vrnę in ſpiritu fiat, id eſt vt ab excellẽtia interioris oculi ſui, tametſi nondũ a carne reuera ſoluti, ſupra humanarũ rerum viſione ac ſcientia diuinitus illuſtretur, putetque ſe veraciter extra carnem tum fieri, cum ea ſcilicet circum ſe videt, & longe admiratur, quæ cæcus carcer, & breuis anguſtia carnis, ſciri, videri, & agnoſci non patitur.

SANCTOS IN RAPTV SVO DVplici interdum motu agi. Caput XXXI.

QVod ſi latius hac de re protelandus adhuc eſt ſermo, nihil præ ſe incõmoditatis habet, dicere, ſanctos cum viſitantur, eo pacto ſecretius a deo, id eſt cum in ſpiritu celſiore fiunt, duplici interdum motu affici. Nam vel raptu & exceſſu ſui ſpiritus ab humanis, eos adſumi in deum, vel exceſſu diuini

ſpiritus in ipſorum ſpiritũ, eos in pelagus diuini luminis traduci, & ibi obrui, fieriq́ ſecundum tẽpus neſcios ſui. In hac quidẽ affectione panditur humilitas illius. Ab illa vero, noſtra proculdubio excellẽtia eluceſcit. Sed ſicut pręcurrenti veteris teſtamenti diſpoſitioni ſucceſſit apex & perfectio noui teſtamẽti, ita & harum duarum ſpiritalium motionum vna, aſſecla alterius eſt. Qui enim fiet vt extollamur in deum, niſi ſuã nobis deus adporrigat manũ, quæ nos ab humo vindicet, eleuetq́ in cęlum? In veteri teſtamento cum ſancti prophetæ futura viderunt: nõ tam ibi de eleuatione & extollẽtia ſpirituum ipſorum, quàm de illapſione & irruentia ſpiritus dei in ipſos mentio fit.

IN VETERES HEBRAEORVM iudices ſpiritum dei ſæpenumero irruiſſe. Cap. XXXII.

QVoties, quæſo, in veteres populi iudices, ſpiritus domini inſiliiſſe, eoſq́ cæleſti quodam induiſſe vigore memorat, vti in Othonielem, Aioth, Barath, Gedeonem, Iepthe, & Sampſonem, quos ex humilib9 perſonis, & è minima tribu & obſcuriſſima familia tribuum ſuarum ſuſcitans, & erigẽs a ſomno, eq́ fecibus prioris ignauię, mutauit in viros alios, reddiditq́ e ſegnib9 & formidoloſis alacres & inclytos eos ad bellum: vt nihil iam

vererētur vel ſoli vel cum paucis exponere animas ſuas in liberationē Iſraelis ab oppreſſione hoſtium ſuorum. Nōne & Dauid quoq; & Saulem minimos in tribubus ſuis erexit hic ſpiritus in reges, in quos etiā caſu ingreſſos cuneum prophetarum præter cōſuetudinem eorum qui ex prophetis non erant, irruens ſpiritus domini, in viros repente alios demutauit, vt cum cæteris ipſi ſuis etiam veſtibus nudati, tota die & nocte nudi canerēt, & prophetarent? Adeo vt in prouerbium deinceps inter Iſraelitas verſum ſit iſtud: Nūquid & Saul inter prophetas? Heliſeus quoque coram Ioſaphat & Ioram regibus Iuda & Iſrael petentibus á ſe verbum dei, cum iuſſo pſalte canere coram ſe, factus eſſet ſuper eum ſpiritus domini, reſponſa de futuri belli euentu proſpera & felicia petentibus dedit. Vbi obiter aduerte hunc ſpiritum interdum a ſymphonia, modulatione ac cantu ſuaui in vacua alioqui hominum pectora elici, & ſuperne illabi.

LAPSVM DIVINI SPIRITVS IN animam, eſſe & ipſius animę in deum extollētiam. Cap. XXXIII

INnumeri quoque deinceps alij prȩſto & pro foribus ſunt, quos queam, niſi breuitati ſtuderem, curſim iſtic recenſere, qui non tam per raptum & extollentiam

ſpiritus ſui, quàm per illapſionem & irruētiā ſpiritus diuini in eos, prophetaſſe, arcana dei vidiſſe,& futura longe proſpexiſſe,eorumque euentum ante tempus denunciaſſe leguntur. Sed vtcūq; ſit, nil aut parum admodum vtrobique refert breue iſtiuſmodi quod hic taxauimus differentiæ interuallum. Etenim cum finis teſtamenti vnius,ſit initium alterius : cū etiam diuini ſpiritus benignum in nos decliuium nil ſonet in auribus aliud,quàm noſtrarum animarum ſubuectionem & eleuationē in deum:hinc ſi quid diaphonię,diuiſionis aut ſeparationis in hac vtraque beatarum animarum affectione quiſquam veſtiget,non minus hic ſua indagine falletur quàm is plane ſibi ipſi ſua opinione illuderet qui clementiſſimum ad nos dei deſcenſum negaret dici debere noſtram in deum prouectionem,& felicem ſcanſionem.Humiliatus eſt enim deus, non ob aliam cauſam, quàm vt eleuaremur.deſcēdit ad nos, haud dubie non alij proſpiciens fini & intentioni, quàm vt nobis ad ipſum ſcandendi faciles gradus ſculperet in petra,& in lapide angulari,& electo,quem iuxta ſcripturā miſit in Sion.Hic quidē lapis Chriſtus eſt, in cuius pſona miro ſtrinxit nodo deus cū ſuę deſcenſionis tū noſtrę ſcanſionis concordiā,vt in qua diuinitas ipā in noſtrā a ſua altitudine veraciter lapſa humanitatem, noſtræ etiā humanitatis humilitatē in ſuę euexit immenſæ altitudinis ſolium. In ea quippe, ſicut omnis

noſtra in deum extollentia, necnō benigna diuini ſpiritus in nos irruentia, ſuum omnem finem locat, ita & longe clariſſimum præſentis totius certaminis erigit trophæum. Cæterum quia iā longius quàm ſperabam, trangreſſum me video epiſtolæ modum, decet iam hoc in portu ſiſtere calamum. Nam cum tantis quidē de rebus oris parſimonia prolixiore ſit ſermone melior, immo & ſilentiū voci ac ſuperfluæ dicacitati longe præferendum: opportune exigit hæc res vt preſſa digito labia hoc in loco conticeſcant. Vale.

Nouioduni Calendis Auguſti.
1 5 3 0

CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI LIBER DE PROPHETICA VISIONE.

PROOEMIVM.

NVPER in priuatę collocutiōis ocio accidit vt exhibuerim vni perfamiliari amico poſtremam mearum lucubrationum, ſcilicet exiguum libellum de raptu Pauli, auctū quidem ab epiſtola quadam qua recens cuiuſdam amici de habitu, de moribus & doctrina religioſi percontationes & interrogata diluere & exoluere niſus ſum. Legit is amicus epiſtolam, ſeu perexiguę molis libellum. Legit quidem, & nec ſua opinione improbauit, immo vt ſobrie & citra ꝓprias laudes dicam, cum ea qua affectus eſt voluptate, ſe etiam nō negauit haud modicum ex eius lectione ſibiipſi reportaſſe ſuccū, quo pauerit aridam mentem. Attamen cum perſcripta epiſtola hac, vel libro, ego quidem quieti aliquantiſper vacaturus meum a circulo am-

pliore compreſſiſſem circinum, abieciſſem e digitis calamum, is repente opinionem meam fefellit, cum prçter ſpem rurſum me ad labores impatiens adegit, cicatrices innouauit, vt qui multis & grandibus poſtulatis me iterum laceſſiuit, & plurima quoque ſcitu digna in medio hui⁹ epiſtolę curſu me obiter intermiſiſſe dixit. His ille verbis quid egit, niſi quoniam ſtadiũ prorſus nouum mihi aratro ſuo metiri viſus eſt, in quo denuo licet priore ludo feſſus & anhelus currerem, quoad eam quam hic mihi eregione oculorum, & in fine eius ſtadij præfixit metam pertingerẽ? Cogitaui itaque nihil a me amico illi fore denegandum, quippe peruicaciter inſtanti, & fortiter mea premẽti vbera, vt poſt lactis & butyri mulſionem videretur expungere velle & ſanguinem. Sampſon quondam iudex Iſrael renuit in initio & patri & matri & cũctis alijs tam alienigenis, quàm e gente ſua indicare ſenſum ſui ænigmatis quod propoſuit ſodalib⁹ Philiſtęis in nuptijs. Recuſauit & poſtea aperire vllis vbinam lateret in eo vis inſitę & inauditę fortitudinis, quod muliebrib⁹ cũ lachrymis tum illecebris nocte dieque fatigatus, euictuſq;, paruit inuitus, vt difficilẽ & inſcrutabilem pene rem, in ſui exitium mulieribus primum, & per mulieres hoſtib⁹ aperiret. Cõſimile quiddam (tolle exitialem & ſiniſtrum rei euẽtum) erga me egit iſte quo de loquor amicus: qui quanquam non lachrymis inſtiterit, ſaltem

precibus peruicax & inſolens, a me inuito ob‑
tinuit, vt ſua ipſi dubia non verbis modo ſed
reſumpto ocius calamo ſcriptis diluerem. An‑
nui igitur illi me tandem pro viribus ipſius
poſtulatis affuturum. Qui meo mox verbo
velut excepto omine me ligans, & ſibi ipſi
tãquam de re promiſſa obnoxium obæratum‑
que faciens, ſubiunxit illico, me in epiſtola
mea nullam viſionis Micheę prophetę de Mo
raſthin mentionem feciſſe: petijtque quonam
oculo ſtans in terris vir ille vidit dominum ex‑
ercituum ſedẽtem in ſolio ſuo, & omnem ex‑
ercitum cæli aſſiſtentem illi a dextris & a ſi‑
niſtris. Et qua etiã aure audierit conſilium
illud coram ſummo deo velut fraude & dolo
in cælis aduerſum Achab regẽ Iſrael cõcinna‑
tum. Quo etiã oculo Stephanus protomartyr
ſtans in concilio Iudæorum paulo antè quàm
vrbe eiect⁹, ictibus lapidũ a Iudæis quateret̃,
vidit cælos apertos, & Ieſum ſtãtẽ a dextris
virtutis dei: an ſcilicet hæc illi oculo viderunt
corporis, an oculo ſoli⁹ mẽtis. Hęc & alia com
pluſcula, quę breuitatis ſileo cauſa, fuere eiuſ‑
modi amici poſtulata. quę quãquã mentẽ pla‑
ne ſibi depoſcãt humano pectore altiorẽ, meo
tamẽ verbo & ꝓmiſſo cõiectus vltro in inſtã‑
tis amici retia, cogitaui quid demũ illi afferrẽ
vt me ocius e tãtis illius compedibus exime‑
rem. Et quia verba is amicus ſola, quippe flu‑
xa & impermanẽtia, ſibi in debiti ſolutionem
dari recuſauit, ſcripta malens: charta mox re‑

ſumpta,albicantem eius faciem celeri calamo ſulcaui, & hæc illi reſpondi.

EXCVSATIO CVM INTERROGATIONIBVS AMICI, ET RESPONSIS EARVM.

Caput I.

CVm epiſtolam in primis eam de raptu Pauli ſcripſi ad amicum, decuit vtique me epiſtolæ ſeruare modum,nec tum valui in tam breui quo currebam ſtadio, omnium meminiſſe eorum quæ forte & decuit, & dignum fuit protuliſſe in medium.Et cum eiuſmodi deinceps epiſtolā in libelli ſpeciem adauxi, vſq; adeo pernicibus equis accinctus cucurri,vt eorum duntaxat mentionem illi inſerere meminerim , quæ tum mihi obiter ſingula luſtrāti ſuccurrerūt.Sed nevideat vel hoc velle tegi excuſationis pallio, vel conari redimere tēpꝰ, quò tādē a me ieiunꝰ & inanis abeat ingruēte veſpę amicus:operę iā pretiū eſt, vt protēdendę totius lineæ meę primum nunc punctum ſtyli acumine in ſubiecta charta premā. Petijt amicꝰ ille,quo vidit oculo Micheas Moraſthites dominū exercituum ſedētem in

ſolio ſuo. Et quo etiam oculo Stephanus poſitus in concilio Iudæorũ, cęlos apertos, & Chriſtum ſedentem a dextris virtutis dei conſpexerit. Habeat ergo cum primis id ille ſibi ipſi. Quoniam nullam ſacræ ſcripturæ textus exprimit temporis differentiam, vti diei, vel noctis qua Micheas viderit dominum exercituum ſedentem in ſolio ſuo, an ſcilicet nocte, an interdiu hæc illi diuina & ſacra (licet regi Achab infauſta) obtigerit viſio. Sed nec ſcriptura locũ viſionis diſtinguit, an domi, an in agro, an ſtans in area portæ coram duobus regibus Ioſaphat, & Achab, inter quadringẽtos prophetas Baal, qui tum coram regibus duobus in vanum prophetabant, rem tantam viſiſſe potuerit. Quamobrem cum citra literæ authoritatem nil e cordę cõfingere noſtro audeamus, rem hanc ſtatueram amico illi meo prorſus indiſcuſſam linquere, ac dubiam. Dicam tamen cogitandum melius eſſe hãc viſionem viro illi veri dei prophetę prophetico obtigiſſe modo. Quid eſt prophetico modo obtigiſſe illi cæleſte eiuſmodi miraculum? Eſt iuxta priſcum dei verbũ ad Moyſen. Si quis, inquit, prophetes fuerit inter vos, apparebo illi per ſomnium in nocte. At non ita famulus meus Moyſes. Hanc enim dedit in initio deus diſtinctionem cæterorum deinceps quos ſuſcitaret in plebe ſua prophetarum a Moyſe: quandoquidem Moyſi deus interdiu & facie ad faciem, vt ſolet amicus amico, apparuerit

cæteris vero quos deinceps in Iſraelitico populo ſuſcitauit, tantũ in nocte & in ſomnis reuelari dignatus ſit. Præuiderat enim haud dubie deus Micheam Moraſthitẽ adhortatione regis Ioſaphath pij & inclyti valde, vocãdum tãdẽ ab Achab rege Iſrael ituro in prælium, vt inter etiam prophetas Baal numero quadringentos falſa nunciantes audiret ab hoc vno verax domini verbum, qui ab alijs pſeudoprophetis libenter audiebat dolũ & mendacium. Quãobrẽ & domi, & præterita forte nocte pręmunierat prophetam ſuum deus hac cæleſti viſione, & auditione tanti conſilij celebrati in cælis: in quo & de infauſto exitu belli, & de interitu impij regis Achab conuenerat coram deo & omni exercitu cæli aſſiſtente illi a dextris & a ſiniſtris. Non dixit propheta ſtans coram rege Achab · Video dominum exercituum, ſed vidi, innuens quidẽ hoc verbo, apparuiſſe iam ſibi præterita forte nocte viſionem antequam vocaretur & adduceretur ad regem.

CVR MICHEAS MORASTHITES non primo ſecundũ veritatẽ ſuæ viſionis reſpõſa regi Achab dedit, ſed primũ iuxta prophetas Baal reſpondit. Cap. II.

SEd hic dubietas oboritur, cur Micheas ſanctus vir, & veridic⁹ propheta domini (reſiduus non dubium eſt ex his quos Ieſabel im-

pia mulier, vxor regis Achab, iuſſerat neci de-
di, & ex eorum etiam forte numero quos Ab-
dias e familia Achab, vir pius & timens deum
abſcõderat in ſpeluncis quinquagenos & quin
quagenos, & pauerat eos pane & aqua) vbi vo-
catus aſtitit tandem ante Achab, & rogatus
dicere verbum domini, non primo ſecundum
deum, ſed iuxta complicem cateruam pro-
phetarum Baal, & ad beneplacitum regis A-
chab prophetauit, mentiens quidem, cum il-
li prima voce dixit: Aſcende, & tradet do-
minus proſpere in manus regis. Cum tamen
ex viſione cæleſti contrariam prorſus eius rei
decretam a deo in cælis ſententiam didiciſſet.
Reſpondendum ad id, prophetam primo qui-
dem verbo fuiſſe locutum non ſecundum cor
ſuum, nec iuxta veritatem diuinę reuelationis,
ſed ſolum in veſtibulo labiorum, & cum iuxta
regis Achab opinionem, ac deſiderium, tum
ſecundum ſimilitudinem prophetarum Ba-
al coram duobus regibus prophetãtium, tum
demum iuxta adhortationẽ ſeruorum Achab:
qui cum eum perducerent ad regem, ſugge-
rebant illi in via. Ecce, aiebãt, omnes prophe-
tæ vno ore regi bona prænunciant: tu loque-
re ſimilia. Vbi Micheas poſteaq̃ de ſolius oris
ſuperficie, & nõ ex corde proſpera regi annũ-
ciauit, exinde adiurat⁹ eſt a rege ne loqueretur
niſi quod verũ eſſet, in nomine domini. tũ alto
ſe diſpungi ſtimulo in cordis vſq; intima ſen-

tiens, veritatem protinus diuinæ ad ſe factæ viſionis regi expreſſit, dicēs: Vidi cunctū Iſrael diſperſum in montibus quaſi oues non habentes paſtorem. Et rurſum, Hæc dicit dominus: Non habēt iſti dominum. vadat & reuertatur vnuſquiſq; in domum ſuam. quæ prædictio manifeſte ad veridicam regis necē pertinebat, quam eius diei euētus edocuit: vt impleretur verbum dei ex ore Heliæ, qui prædixerat lingendum a canibus ſanguinem Achab in loco hoc in quo prius linxerāt canes ſanguinem Naboth: cui quidem fraude Ieſabelis reginæ a plebe lapidato, iuſta iniuſte fuſi ſanguinis vltio in cæde & interfectione impiorum parentauit.

DISCVSSIO VISIONIS MICHEAE prophetæ, in quo illius oculo hæc ſederit, & obtigerit illi. Cap. III.

IAm ab his regrediamur ad Micheæ viſionem, dicturi in quo illius oculo illa ſederit. Manifeſtū, ſi de more prophetarū per ſomnium is in nocte affectus eſt eiuſmodi cæleſti viſione, hanc interiori illius vidēdi potentiæ, non forinſecis eius oculis eſſe cōdonandam. De protomartyris vero Stephani viſione iudicandum ſecus eſt, vt quæ quidem præſentanea fuit, & in cœtu & concilio Iudæorum obtigit cælitus illi: coram quibus ani-

mam mox innocuã deo redditurus exclamauit: Ecce, inquit, video cælos apertos, & Ieſum ſtãtem a dextris virtutis dei. Non dixit, vidi, ſicut Micheas: ſed video. Quamobrem inſignior fuit & excellentior prophetica ſeu nocturna viſione hęc ſancti protomartyris viſio: quippe quæ non domi, & in occulto loco, ſed in agro, non ſolitario, ſed plurimis aſtantibus, non in nocte, ſed interdiu, non deniq; in ſomnis, aut ſolũ interiori oculo, ſed palam, & conſpirante interiori oculo exterioris oculi acie illi diuinitus (vtpote ad deum iamiam properanti) accidit. Aperuit vtrunque Chriſtus ſui martyris oculum, ſuamque præſentiam velut venturæ & expectatæ immortalitatis præmium vtriq; illius oculo reſerauit, & manifeſte ſe viſendum præbuit ei cuius ſacra anima paulo poſt ictibus lapidum ab hoc exire mundo compulſa, & cælorum ianuas ſibi patentes, & cæleſtia arcana ſibi iam reſerari conſpexit: qui dum hac præcoci beatitudine, & felicibus agnitæ immortalitatis primitijs imbueretur, nimirum nihili tyrannorum ſæuitiam pendens, fuſa oratione deum pro ſuis perſecutoribus exorauit: qua quidẽ prece, iuxta multorum opinionem, Paulum tum in Iudaiſmo adoleſcentem acerrimum paternorum rituum defenſorẽ deo lucrifecit, vertitq; eum e veſtium ſe lapidantium cuſtode, in Chriſti ouem, & in gentium doctorem.

VISIONEM PROTOMARTYRIS Stephani ſuperpropheticam fuiſ⸗ſe, id eſt prophetica viſione cel⸗ſiorem. Cap. IIII.

NE igitur hinc longe a propoſito euagemur, viſio protomartyris Stephani in tantum propheticæ viſionis modum excelluit, quan⸗tum vincit dies noctem: quan⸗tum id quod in propatulo, & cum teſtibus fit, eam tranſilit rem quæ in occulto & abſque teſtibus patratur: quantum denique id quod geminis oculis paret, præſtantiore modo vi⸗detur eo quod tãtum vni oculo reuelatur. Ste⸗phanus, vt dictum iam eſt, vtroque oculo, & interdiu, & cum teſtibus, & aperto loco pa⸗tuiſſe ſibi cælos vidit, & Ieſum ſtantem a de⸗xtris virtutis dei. Micheas veteris teſtamenti propheta, ideoque tantæ lucis expers, & ad⸗huc ſub nube & caligine videns, ſola vi & acie interioris oculi, & nocte, & abſque teſtibus, & priuato in loco cæleſtem quam memoraui⸗mus intuitus viſionem, ſiniſtrum Achabo re⸗gi cœpti belli euentum cum ſiniſteriore eius fato nunciauit. Heliſeus, cum ſtans in Do⸗thaim, & obſeſſus ibi ab exercitu regis Dama⸗ſci, oratione fuſa ad deum, aperuit oculos trepidantis diſcipuli ſui, oſtenditq; illi mon⸗tem circum ſe plenum curruum & equorum igneorum, viſionem diſcipulo ſuo impetra⸗

uit ſimilem viſioni Stephani, vt vtroque oculo, id eſt & exteriore & interiore uideret diſcipulus eius diuinum circum ſe cæleſtis exercitus præſidium, longe maius & validius imminente exercitu hoſtium Syrorum: cum tamen vni tantum interiori oculo cæleſtia entia ſint propalari & reſerari nata. Oculus enim carnis, qui ſitus in capite ſub cilijs conniuet, & pluribus morbis atque impedimentis interim languet: vt ſpiritus corporis expertes intueatur, idoneus ſane & aptus non eſt: ſed eorum duntaxat quæ corporea ſunt, & palpabili magnitudine diſtenſa, iudicium fert. Diuina tamē virtute, & ſupra potentiam naturæ ſæpenumero in ſanctis dei accidit, vt exterioris oculi acies ad menſuram & amuſſim interioris oculi eouſque illuſtretur, adaperiatur, fiatque ſerena, quoad incorporei & occulti ſpiritus perinde atque corporea entia illi pateſiant: quod & in Stephano & in Heliſei diſcipulo a deo factum, nihil demiramur. Etenim in ſuperprophetica viſione, quali etiam donatus eſt à deo Moyſes, æqua quædam fit amborum commenſuratio oculorum, vt inferioris acies oculi ad ſuperioris acumē nihil iam conniuens, nihil obſcuræ maceriei aut velaminis habens, ſic conſcendat, eleueturque, vt hæc in intellectualib⁹ etiā rebus ſedeat, obtineatq; in eis lucidi diſcerniculi vim. Cū Samuel vidēs prædixit Sauli a ſe ad patrem remeare volenti ea omnia quæ illi occurrerent in via: cū etiam

oculos:vel, qui cadit,& ſic aperiũtur oculi eiꝰ: de ſe ipſo prophetãs admiraretur iſtud,ſe quidem,cum non eſſet e ſemine iuſtorum:cum ſe ſciret non habiturum partem in venturis benedictionibus eorum : cũ & corpore & anima noſſet ſe caſurum, & in corporis quidem caſu gladio perimendũ : attamen tam apertos oculos habere,ſibiq; ipſi tanta dei myſteria in longiſſimos dies ventura diuinitus reſerari.

DE MAGIS QVI AD DOMINVM IEſum in Bethleem natum ſtella duce adorandum venerunt. Cap. XII.

TRanſibimus a Balaam curſim ad magos eos qui dominum Ieſum infantem natũ aſpectu nouæ & inuſitatæ ſtellæ cognouerunt, & ad adorandum eum e ſedibus ſuis cum muneribus eadem ſtella duce venerunt.Hi,non dubium eſt,prophetico ſpiritu non caruerunt , & tamen e ſemine Abrahæ,& e circunciſione non erant : ſed , vt nonnullis placet, vel e proſapia & poſteritate Balaam,vel e ferula & doctrina illius:a quo,longa temporũ intercapedine,per ſucceſſores magicę diſciplinę(quam de mente in mẽtem vel patres filijs, vel magiſtri diſcipulis ſolis nutibus & arcanis conceptionibus traducebãt)vẽturum nouæ & hactenus incognitæ ſtellæ ortum in natiuitate regis regum didicerãt,& cotidie in nocturnis etiam excubijs ad eius præ-

fulgidæ ſtellæ apparitionem vigilantes, eius horoſcopum, & obreptitiæ emicationis punctum obſeruabant. Prædixerat enim Balaam iſtud, Orietur, inquit, ſtella ex Iacob, & cōſurget virga de Iſrael, & percutiet duces Madian. Si ergo in Balaā, ſi in ſucceſſoribus magis, ſi in ſanctis Iſraelitarum mulieribus, ſi denique in Sibyllis, & in permultis e grege philoſophorum & ſapientum a ſemine Abrahæ prorſus alienis ſpirit⁹ dei propheticus reſedit, manifeſtū eſt quoniam apud deū, æquū ſuorum donorum impartitorē, nulla eſt proprietas generis nec ſexuū, nec acceptio perſonarum, quin prorſus & vbi, & quando, & quomodo vult, ſpiritus dei ſpiret. Quin ex qualibet etiam ignobili glebula ſuę plebis, & ex infirmo ſexu, & ex alienigenis ſuſcitet prophetas is qui ſuſcitat a terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem. Qui, iuxta euangelium, ſi potēs eſt de lapidibus ſuſcitare filios Abrahę: quāto magis ex hominibus delectas a ſe propagines adoptabit, vt inſerat eas in oliuā ſuā.

QVANDO IN POPVLO DEI ORTA ſit prophetia, & quando in eo deſierit. Caput XIII.

SEd videndum etiam hoc in curriculo eſt, quando orta ſit prophetia, & quando deſierit in populo dei. Hęc quidem originem habet a deo, ab eo inquam ſpiritu, qui

in initio mundi ſuper liquidam aquarum ſub-ſtãtiam ferebatur. Sed non illico ab initio hic ſpiritus in hominum pectoribus reſedit, vt ex eis prophetas ſuſcitarit. Manifeſtum cumpri-mis eſt, quoniam ſanctus Enoch, qui in gene-ratione Gigantum placuit deo, & tranſlatus eſt ab hominibus ad deum, ſpiritu prophetiæ non caruit: de quo tamen quia ſacra ſcriptura ſilet, decet vt & noſtra etiam digito labia pre-mamus. Noe vir iuſtus, & placẽs deo, hoc ſpi-ritu pectus eius illuſtrante, diuino necnon etiam verbo reſerante præcognoſcens ventu-rum propediem immanium Gigantum per aquas excidium, ſalutarem arcam extruxit, in qua ſupereſſet mundi inſtaurationi reſiduum cuiuſuis generis animãtium ſemen. In ſanctis tribus patriarchis Abrahã Iſaac & Iacob cla-ruit ſacrũ prophetiæ donum: qui à longe prę-uidẽtes totius ſuę poſteritatis finẽ, benedictio-nes filijs ſuis dederũt, quib⁹ eorũ ſortes vſq; in ſempiternũ iuxta beneplacitũ & prouidentiã dei diſtinxerũt. Ioſeph, vt a patre Iacob, ita & a deo plus cæteris fratribus ſuis dilectus, ſicut regiorũ ſomniorũ interpres fuit, ita & prophe tauit, cum adhuc viuẽs fratribus ſuis & poſte-ris eorũ prædixit: Viſitabit, inquit, vos deus. Efferte oſſa mea hinc vobiſcum. quod qui-dem impletum eſt in exitu Iſraelis de Aegy-pto, cum tulerunt ſecum Iſraelitæ oſſa eius, & aſportantes ea in terram Chanaam, ſepelie-runt in Sychem.

INTER IOSEPH PATRIAR-
chã & Moyſen ſpiritum prophetiæ
diu obticuiſſe. Cap. XIIII.

POſt Ioſeph vſque ad Moyſen,ſpacio quidem annorum quadringẽtorũ & triginta, memorat̃ a ſcriptura nullus in quo ſpiritus prophetiæ emicuerit. Tanto enim tẽporis interuallo per quatuor hominum generationes,quãdiu in Aegypto populus dei alienigenæ genti inſeruiuit, ſpiritus dei propheticus forte obticuit, vt in eo demum, qui dux egreſſionis eorum fieret, & liberator ab Aegyptiorum oppreſſione, tanto hic ſpiritus illuſtrior & fide dignior appareret,quanto poſt lõga ſilentia ſolet diuina vox,& inſperata commonitio peramplius placere, & auidius in ſe hominum conuertere aures. In Moyſe igitur præuiſo & electo a deo liberandi a ſeruitute Pharaonis populi duce & legiſlatore, tanta fuit huius prophetici ſpiritus amplitudo & ſuperinſignis pectoris eius illuſtratio, vt hanc tandem diſpartitus deus in ſeptuaginta viros cõflauerit ex ipſis inſignes prophetas:adeo vt duo ex eis,Heldad & Meldad,qui remanſerãt in caſtris,nec ad obtinendum eius ſpiritus donum aſcenderant, vt iuſſerat deus, cum cæteris in montem,repente hoc in eos ſpiritu irruẽte, ita vt erant,in caſtris prophetantes, omnem cõcitarint plebem in ſui admirationem,

Sanctos exinde diuinę plebis iudices & rectores, quanquã nõdum ſit illis in ſua gente inditum prophetarum nomẽ, nihilo tamen minus perſuaſibile, & ſimile veri eſt, haud tam cæco eos pectore fuiſſe, quin ab eo ſpiritu qui eos ad bellum ex humilibus & alioqui ignobilibus perſonis erexit, quique aduerſum hoſtes & audaciam illis & vires dedit, illuſtrati ſint, & acceperint ſcientiam eorum quæ populo dei poſt ſe ſuperuentura erant.

QVANDO PRIMVM DE NOMINE prophetæ facta ſit mentio ſub Gedeone iudice. Cap. XV.

PRimus vir cui dederit ſcriptura nomen prophetæ, vt quem miſerit deus in correptionem populi in idola a deo vero prolabentis, ſub Gedeone iudice, abſque tamen expreſſo ſuæ perſonæ nomine, claruit. Scriptũ eſt enim ibi: Et clamauit Iſrael ad dominum, poſtulans auxiliũ cõtra Madianitas. Qui miſit ad eos virum prophetam, & locutus eſt ad eos. Claruerat quidem prius, vt iam tetigimus, Delbora mulier prophetiſſa, iudicãs populũ cũ iudice Barach. Sed de viro propheta nulla fit a ſcriptura mẽtio ante iſtũ, qui ſub Gedeone populũ cõmouit, cuius tamẽ nomẽ ſiletur. Samueli dilecto dei haud defuiſſe ſpiritum prophetiæ, & diuinarum gratiã viſionum, teſtantur cũ geſta & dicta illius, tum

hæc etiam ſcriptura. Et cognouit Iſrael ꝙ fi-
delis eſſet Samuel propheta domini. Dauid
quoque, quem poſt Saulem inunxit Samuel in
regem, quanta claruerit prophetiæ gloria, in-
dicant præclara & myſtica pſalmorũ cantica,
quæ ſoliloquus ipſe, & factus in ſingulari ſui
ſpiritus abſtractione atqꝫ ſilentio, cecinit, ob-
tulitqꝫ deo, in quibus arcana venturis de re-
bus dei conſilia dignis & aptis velaminibus
obtecta referantur. A Dauid deinceps ſub tē-
pore regũ Iſrael & Iuda floruit ampliſſimus
grex prophetarum, quorundam quidem quo-
rum nomina ſilentur. Aliorum quorum & no-
mina exprimuntur, & geſta recitantur, vel va-
ticinia & veridici ſermões legunt. In captiui-
tate Babylonis, & in terra captiuitatis florue-
rũt Daniel & Ezechiel. Poſt vero reductionē
captiuitatis Aggeus & Zacharias ſub noui tē-
pli nouæqꝫ vrbis Hieruſalē inſtauratiõe in Iu-
dæa prophetarũt. Porro ab extructo tēplo no-
uo vſque ad Chriſtum rurſum grãdi temporũ
interuallo redijt prophetia in ſilētium: nec id
immerito: vt ſubitanea & inſperata fieret inno-
uatio prophetiæ in Chriſto, & in eius præcur-
ſore: quæ cum imminentem temporum præ-
ſignaret nouitatem, tum conuerteret ad ſe au-
res eorum quibus tandiu diuinus ſermo obti-
ceſcens, nihil ſtupore & admiratione dignum
in populo dei perpetrarat.

DE IOANNE PRAECVRSORE, ET
Chriſto, apiçe prophetiæ. Cap. XVI.

IN fine noui teſtamenti ſurrexit Ioannes Chriſti præcurſor, vox clamantis in deſerto, qui repente & præter omniũ opinionem hoc ſpiritu prophetię clarus, ſe quidẽ non Chriſtũ, ſed Chriſti præcurſorẽ cõfeſſus eſt, & mox poſt ſe imminentia eius quẽ antecedebat veſtigia affore denunciauit, eiuſq; etiã & pſonã digito oſtẽdit. Chriſtus ſubinde toti⁹ prophetię emporiũ, & exuberãs ſapientię torcular, & veterũ prophetarũ oracula in ſeipſo implẽda fore docuit, & quę poſt ſe ventura eſſent vſq; in mũdi cõſummationẽ, ſuis annunciauit, effuditq; poſt ſe ſup corda diſcipulorũ ſuorũ ſpiritũ prophetię, qui eis omnẽ & prętecritam & præſentaneã & futuram annuncians veritatẽ, eos in mũdum vniuerſum vt aquas a vento agitatas abire iuberet, vt & cæca hominũ corda illuſtrarent, & claudicantia a deo vero eorũ veſtigia reuocarẽt in viam, qua ad dei veri agnitionẽ fit a quolibet rectà gradiendũ. Poſt apoſtolos & diſcipulos Chriſti, diſcipuliſque coętaneos, ac diſcipulorũ diſcipulos nullæ prophetarũ pſonę a ſcriptura citant̃. Suprem⁹ in quo prophetarũ mẽtio fit, locus eſt in ea peregrinatione Pauli, qua rurſũ volẽs adire Hieroſolymã, diſſuadebat̃ a diſcipulis ne eo proficiſceretur, quòd ſcirent eum eſſe a Iudæis in vincula conijciendum. Scribitur enim in actibus Apoſtolorum· Et intrantes domum Philippi euangeliſtæ, qui erat vnus de ſeptem,

mino non clauſa, vtpote quæ nec oculis illius obicem poſuerunt aut velamen quo minus introſpiceret,& cerneret eos qui intus latebant: nec glorificatum illius corpus ab ingreſſu inhibere valuerunt. Quanq̃ etiam dominus ante paſſionẽ ſuã, quippe totius quidẽ peccati & noxæ expers,id potuerit miraculi operari, & clauſis ianuis quocũq; libuiſſet ingredi: vt qui etiã ſuper aquas ipſo ſuæ põdere carnis nihilo eum deprimente,ac ſi ſpiritus aut phantaſma fuiſſet,ambulauit. Et qui ductus ad ſupercilium mõtis vt pręcipitaretur à Iudæis,ſe e is nõ videntibus de eorum manibus exemit, & per mediũ eorũ eluſis eorũ oculis tranſiuit. Et alia vice volentibus eũ lapidare Iudæis,libere nullo ſentiente exiuit de templo,& vel abſcondit ſe,vel oculos Iudæorum fefellit,vt abſconſum crederent eum, quem craſſis & velatis oculis cernere inhibebantur.

BEATVM STEPHANVM PROPHEtico & expiato oculo vidiſſe cælos apertos eo modo quo dominus Ieſus clauſo cœnaculi oſtio diſcipulos intus ſuos vidit,& intrauit ad eos. Ca. XX.

SIc igitur tandem dicemus beatũ Stephanum in concilio Iudæorũ in fine ſuę perorationis vidiſſe cælos apertos abſque omni ſciſſura eorũ, ſicut vidit dominus clauſo cœnaculi oſtio diſcipulos intus ſuos, & intrauit ad eos. Credibile etenim eſt ſancti proto

martyris animam iam velut ſuo agoni immi-nentē,& vicinas vēturi ſeculi primitias e mū-di huius limine capientē,clarificatis oculis, & nullo velamine obtectis vidiſſe cælos apertos, id eſt nihil obſtaculi afferentes quo minus vi-derit Ieſum ſtantem a dextris dei,& præſtolā-tem animā ſui militis: mox intra ſuas vlnas vt lapidū ictibus a carne depellendā, ita & an-gelicis manibus eo loci deportādam,quo ma-neret eum venturæ beatitudinis præmium. Clauſi enim ſunt cæli oculis cōmuniū homi-num, qui ſemper patent & aperti ſunt oculis beatorū.Reuocari poteſt Heliſeus,de quo ſcri pſimus ſemel iam,in exemplū huius.Nam cū obſideretur in Dothain ab exercitu regis Da-maſci,videbat circū ſe copioſum adſtare cæ-leſtis militiæ agmen,affuturū mox ipſi præſi-dio,vt nihil ideo deterreret,ab imminentiū vi-ſibiliū hoſtiū circūſeſſione.Videbat Heliſeus, quod videre nō poterat diſcipulus eius:quē ta-mē liberauit magiſter ei9 a formidine,cū ora-tione fuſa ad deū adapti ſunt illico oculi eius: paruerūtq; protinus illi ignei currus & ignei equi circū Heliſeum: quos vbi inſpexit, depo-ſito metu fiduciā adſumpſit,qua paratū Syro-rum exercitū nihil amplius vt prius expauit.

DOMINVM IESVM CVM A IVDAEIS in orto caperet,vidiſſe circū ſe paratā ange-lorū militiā,auxilio,ſi indiguiſſet,& pati no luiſſet,adfuturā: quā tamē nec eius diſcipu-li,nec Iudæi cernere poterant. Ca. XXI.

ALiud etiam addemus eius rei exemplum. Cum dominus in orto nocte a Iudæis caperetur, Petrus ex hominum conſuetudine timens, & in auxilio brachij ſui cõfiſus, ſtricto gladio amputauit aurem Malchi, ſerui principis ſacerdotum. Cui cum dominus ſubindignans imperaſſet vt quē ſtrinxerat gladium, in vaginam ocius ſuam remitteret, addens comminatoriam vltionem, eos quidem omnes qui percuſſerint gladio, etiam gladio perituros: his inſuper illũ verbis commonuit. An, inquit, non putas quia poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones angelorum? Quid eſt iſtud quod dixit, & exhibebit mihi modo? niſi quòd expreſſit, id eſt repente, & in hoc inſtanti quo Iudæi inijciebant manus in eum, duodecim legiones angelorũ affuturas ipſi præſidio, ſi quidem capi, & exinde pro hominibus pati noluiſſet? Quid eſt autē repēte, & in inſtanti, niſi quia iam eiuſmodi angelicę legiones præſto erant, & circũſteterant illũ, & ipſe quoq; intuebatur eas iã paratas, ſi voluiſſet, adferre id ipſi quod poſtulaſſet præſidiũ. Sed neq; diſcipulorum eius neq; Iudæorũ oculi, quippe adhuc occluſi, hæc tam vicina cæleſtium agminũ & exercituũ præſidia quæ domino aſtabant, intueri valebãt. Et mirũ, quòd ibi dominus velut nõ vno auxiliante angelo cõtentus, expreſſerit ingentem angelorũ mul-

titudinẽ affuturã ipſi præſidio aduerſum pau-
cos Iudæos,qui cõuenerant vt eũ caperent: cũ
tamen quondã ſub Ezechia rege Iuda aduer-
ſum infinitã Aſſyriorũ multitudinẽ ſuffecerit
tãtum vnius angeli miſſio,qui oratione Eſaiæ
& Ezechiæ egreſſus percuſſit in caſtris Aſſy-
riorũ centũ & octogintaquinq́ millia homi-
num:adeo vt Sennacherib rex plagã dei ſuper
ſe admirans & pauens,cum paucis, qui tantæ
cladi reſidui ſuperfuerãt, refugerit celer in re-
gnũ ſuũ. Sufficiebat enim angelus vnus in do
mini liberationẽ: imò etiã abſq; angeli præſi-
dio is ſolus ſuæ defenſioni ſatis & abũde erat,
cui9 vnico verbo teſtificationis,quo ſe in orto
quærẽtibus reſpõdit, Ego ſum, confeſtim ad-
uerſarij eius abierũt retrorſum,& ceciderũt in
terrã.Pati etenim voluit,quẽ nemo ad id coe-
git.Et pati neceſſe fuit eum,vt mercaretur no
ſtræ ſalutis pretium. Sed antequã caperetur,
aduerſarios verbo proſtrauit, vt oſtenderet ſe
nec indigere auxilio hominũ,nec inuoluntarie
ſed ſpõte in paſſionem iturũ.Ideo autẽ ad Pe-
trum illicitam & inhibitã ſpem in gladio re-
ponentem, de duodecim legionibus angelorũ
mentionem fecit,non q̀ tanta indigeret auxi-
liari eorum turma,ſed vt oſtenſa Petro poten-
tia ſua,ocius Petrum a ſtulta gladij fiducia in-
hiberet:quoniam etiam (vt ipſe non ſiluit) ſic
oportebat fieri, & neceſſe erat pro nobis eum
pati,vt implerentur de eo ſcripturæ prophe-
tarum.

DE ALIA VISIONE HELISEI, QVA obſeſſus ipſe cũ rege Iorã in Samaria, cæleſtem exercitũ vidit paratum ſequenti nocte obſeſſis præſidium afferre. Cap. XXII.

AFferemus & huc in fine aliã quoq; viſionem Heliſei, qua futura vir ille grandis apud deũ authoritatis prædixit. Nam cũ eſſet ipſe in Samaria, in qua erat & rex Ioram, & obſidione cincti a Syris Samaritani extrema fame laborarẽt, miſiſſetq; indignãs rex Ioram vt amputaretur caput Heliſei, qui ante iuſſerat panes coram Syris apponi, & ad dominũ ſuum eos innocue remitti: tũ his quidem qui ad id crudelitatis exequendæ miſſi a rege erant, dixit Heliſeus. Hęc dicit dominus: In tẽpore hoc cras modius ſimilæ ſtatere vno erit, & duo modij hordei vno ſtatere in porta Samariæ. Quæ cũ dixiſſet, reſpõdit ei vnus de ducibus ſup cuius manũ rex incũbebat, tanq̃ a facie famis incredulꝰ, ad verba ꝓphetæ dicẽs: Si dominus fecerit etiã cataractas in cælo, nũquid poterit eſſe quod loqueris? Reſponditq; ſubinde Heliſeus: Videbis, inquit, oculis tuis, & inde non comedes. Cum ergo iſta prædixit Heliſeus, quæ tũ aſtãtibus impoſſibilia videbantur, videbat Heliſeus quod cæteri intueri nequibant. Qui enim prius obſeſſus in Dothain viderat & oſtenderat diſcipulo ſuo circũ ſe cæleſte præſidium, id eſt montem plenum

igneorum curruũ & equorum, etiam hac vice obſeſſus in Samaria intuebatur exercitũ cæleſtem paratũ proxima nocte exterrere Syros, vſqueadeo vt hi de ſola fuga cogitantes, & vitam tantũmodo ſuã ſaluare cupiẽtes, nihil ſecum rerum ſuarũ aſportarent, omnẽq; cõmeatum quẽ ſecum cõgregarant in caſtris quæ circa Samariã tetenderant, fugientes relinquerẽt: vt hæc omnia, conflictatis fame Samaritanis, verterentur in prædã, & eueniret mirantibus cunctis veridicũ prophetæ verbũ, & conculcaretur in porta à turbis ad prædã tumultuatim egrediẽtibus is princeps ad quẽ pridie prædixerat Heliſeus futurã in craſtinum diẽ cęleſti miraculo tam pinguẽ & vberem rerũ omnium annonam. Vidit enim ille, & inde non comedit. Hæc quidẽ fuit prophetica viſio Heliſei, par & cõſimilis ei quã pri9 viderat ĩ Dothain.

DE APOLLONIO TYANEO, ET IARcha Indorũ ſapientũ ſeu Gymnoſophiſtarũ principe, qui & expiatiſſimis oculis fuere, & vaticinãdi gratia claruere. Cap. XXIII.

TAli nõ protinus oculo Apollonius Tyaneus credẽdus eſt fuiſſe: qui cũ eſſet gentilis ac ethnicus, non vulgaris tamẽ philoſophus, a ſuis falſo impudenterq; tantũ fertur ætheris ĩ anima habuiſſe, vt clariſſime omnia etiã futura conſpiceret, nihilq; eũ lateret prorſus. Hic quidẽ ſemel, inquiunt, cũ leo illi ſup-

plex aſtaret, & lachrymas funderet, a circūſtā tibus ſe cauit, ne quis ei noceret: quoniā Amaſis Aegyptij quondā regis anima in eo latitās exactorum in vita ſcelerum pœnas lueret. Idē ſtans quadā vice in medio Epheſiæ vrbis foro, tanq̄ ea intueretur quæ tum Romæ fierent, prędixit Epheſijs ea hora eoq; momento Domitianū principē Romæ a ſuis interfici. quod poſtea verax, aiūt, fama probauit. Iarchas quoq; princeps Indorum ſapientum Apollonium ad ſe veniētem nunq̄ viſum de nomine ſalutauit, eiq; & genus ipſius, & patriā, & parentes, & vitæ modū retexuit, iuſſitq; ab arbore vicina ſalutari Apollonium: quem, pręcepto iubētis obſecuta arbor, ſalutauit, voce quidem gracili, & fœminea. Sed quia gētilitia hæc, & arte ſeu ope dæmonis potiùs effićta, indigna ſane ſunt quę ſacris paſſim intermiſceantur, proinde ocius ab his contrahemus manum, abijciemuſque calamum, vt opuſculo huic ſua mature ſilentia demus.

Libri de Prophetica viſione finis, Anno Domini Milleſimotrigeſimo ſupra quingēteſimum, octaua die Septembris.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

PARISIIS
ANNO DOMINI M. D. XXXI.
MENSE IVNIO.

-11-